This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.


About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/



Library of the University of Michigan
Bought with the income
of the
Ford - Messer
Bequest





AS
182
M1961

MONUMENTA BOICA.

VOLUMEN UNDECIMUM.

EDIDIT

ACAD. SCIENTIAR. ELECT. BOICA.



MONACHII MDCCLXXI.
Proſtat apud Joann. Nepomuc. Fritz,
Bibliop. Elect. Academ.

PRÆFATIO.

Producitur in lucem publicam Volumen undecimum Monumentorum noſtrorum ſub clementiſſimis Bojorum Principis MAXIMILIANI JOSEPHI auſpiciis.

145730

Deſtinavimus illo Monumenta Monaſteriorum celeberrimorum, Nideraltacenſis ac Metenſis Ord. S. Benedicti nec non Parthenii Kuebacenſis eiusdem Ordinis.

Agmen eorum ducunt Monumenta Nideraltacenſia, ex quibus Hiſtoria, Juraque Patriæ tam publica quam privata egregie dilucidantur.

Inter antiquitates Nideraltacenſes præcipue aſſervantur Annulus Piſcatoris & velum baculi paſtoralis *S. Godehardi* Abbatis; itemque cingulum, quod *S. Kunegundis* Imperatrix *S. Godehardo* texuiſſe traditur, de quibus &

B.

B. *Alrunæ* (*) tumba juſtas effigies æri inciſas exhibemus.

Reſtat, ut paucis ineamus rationem monumenti ſepulchralis, quod in Eccleſia Hengersberg extat, ac tabula XI. in fine exhibetur. Hoc ſaxum propter æram 14457. multis hactenus ænigma fuit. Scirpus autem ex

(*) Alruna Marchioniſſa Chambenſis obiit Altahæ VI. Kal. Februarii ſub finem ſeculi XI. & fuit voto duntaxat Monacha, non profeſſione vel habitu. Eius vitam ſcripſit Monachus Niederaltacenſis ſeculi XII. quam ex Cod. MS. monaſterii Cellæ S. Mariæ in Auſtria edidit Cl. Pezius T. II. P. III. Anecd. noviſs. col. 251. 266. Nec apud Mattheum Raderum S. J. in Bavaria ſancta, quod merito mireris, nec apud Bollandianos ad diem VI. Januarii, nec apud ullum alium nomen huius Marchioniſſæ reperitur.

literarum characteribus facile reſolvitur: quod ſcilicet numerus 4. ex culpa ſcalptoris bis inciſa fuerit.

Ecce Lector! uberrimam hanc meſſem colligendi facultatem cl. noſtro *Hermanno Scholtinger* O. S. B. conceſſit eximia humanitas Excell. ac Reverendiſs. Abbatis *Auguſtini* S. E. B. Conſiliarii intimi actualis, ſingulariter de muſis Boicis meritiſſimi.

Metenſia Monumenta præſtantiſſima debemus eximiæ benevolentiæ erga bonas litteras Reverendiſs. Abbatis *Adalberti* nunc piæ memoriæ.

Kue-

PRÆFATIO.

Kuebacenſe Diplomatarium in ultima voluminis parte apparet.

Vale Lector! fruere laboribus noſtris, piaque nobiscum vota effunde pro incolumitate OPTIMI FUNDATORIS.

Scribebamus Monaci in ipſo die votivo D. Maximiliani IV. Id. Octobr. anno Domini MDCCLXXI.

Con-

CONTINENTUR HOC VOLUMINE.

1. Monumenta Nideraltacenſia pag. 1 – 340.
2. Monumenta Metenſia pag. 341 – 518.
3. Monumenta Kuebacenſia pag. 519 – 550.

MONUMENTA NIDERALTACENSIA.

[illegible]

PRÆFATIO.

Altaha, a ſitu inferior, noſtratibus Nideralteich, illuſtre ac ampliſſimum ordinis Benedictini Cœnobium, ad ſiniſtram Danubii ripam in ſolo fertili & perquam amœno, ſed crebris inundationibus obnoxio, milliario fere infra Deggendorſium ſitum, & Marcæ Hengerſpergenſi, quæ tota eidem Monaſterio paret, adjacens, Tetrarchiæ Straubinganæ accenſetur.

An nomen traxerit a vetuſta quadam quercu Iſidi ſacra, quod domeſtica fert traditio; aut ab Amne illac tranſeunte; ſive ab Alueo derelicto, quaſi *Altach* idem

ſonaret, quod hodie *Altwaſſer*, cum Germani *Aquam* olim *Ach* appellaverint, aliis diſceptandum relinquimus.

Origines inſigne hoc Aſceterium in acceptis refert Utiloni Bojariæ Regulo, tot aliorum in Patria noſtra Fundatori munifico, qui S. Pirminii, regionarii tunc Epiſcopi, opera, & impetratis ab Ethone Argentinenſium Antiſte duodenis ex Augia divite Monachis, ſacras heic loci Aedes D. Mauritio poſuit, & circa An. Dom. DCCXXXI. ut diſerte teſtatur Hermannus contractus in Chronico, prima fundamenta jecit.

Thaſſilone, Fundatoris filio in monaſterium truſo, & tonſo, & Bojaria à Carolo M. ſubacta, regalibus Abbatiis hæc quoque Altahenſis fuit adſcripta, nec ad preces ſolum, aut dona, ſed & ad militiam adſtricta, ut ipſius Caroli M. Epiſtola ad Violſum, ſeu Fulradum, hujus loci Abbatem, data, quam in Diplomatario miſcello N. I. exhibemus, extra omne dubium ponit.

Largis Carolingicorum Principum, qui ab eo tempore Patriæ noſtræ jura dabant, conceſſionibus auctum, amplificatumque Monaſterium ſummo in flore perſtitit, quoad barbarus Hunnorum furor, univerſæ Bojariæ exitialis, circa An. DCCCCVII. vel IX. rapacibus flammis illud abſumſit, Monachis aut immani cæde trucidatis, aut in miſeram ſervitutem abductis, aut in abdita latibula diſperſis.

Ce-

Ceſſavit ab eo tempore Monaſticum hoc in loco inſtitutum, qui Epiſcopis quibusdam cum Canonicis in commendam ceſſit, donec tandem circa An. DCCCCXC. Henricus Bojariæ Dux Piligrini Pataviensis, & Wolfgangi Ratisponenſis Epiſcoporum conſilio, quemdam Erkambertum, piæ converſationis virum, de Suevia eo acquiſivit, cui idem Monaſterium ad inſtituendam eo loci Regulam S. Benedicti commiſit, (a) cujus exacta obſervantia ſub S. Gothehardo maxime efflorescere cepit, & in hanc uſque diem religioſe excolitur.

Fata reliqua inſignis Monaſterii chronolgico ordine complexus eſt Placidus Heydenus, loci hujus Aſceta, & in Rinchna Præpoſitus, quæ inter dolendum præcipue, quod incendiis decies ſibi ſuccedentibus non Ædificia modo ſuccubuerint, ſed quod pretium omne exſuperat, nunquam reparandus ille manuſcriptorum theſaurus in cineres abierit, unde hocce Aſceterium priſtinas litterarias opes nullo ære recuperare potuit.

Decora ejusdem prorſus eximia ſunt. Viros nullo non tempore aluit, domi, foriſque celebratiſſimos, & non modo Academiis Magiſtros, Patriæ Patres, Principiis Conſiliarios, cœnobiis plurimis, ipſi adeo Caſinenſi Archiſterio Abbates, integras Colonias, ſed & Cathedralibus ac Metropoliticis ſedibus Præſules, Imperio Prin-

(a) Ita vetus manuſcriptum apud Hanſizium germ. ſacræ. Tom. I. pag. 228.

cipes ſubminiſtravit, non nullis eorum Albo etiam Divorum adſcriptis.


Illud autem fere ſingulare, quod a medio ſeculi XII. Altahenſes Abbates perpetua gaudeant prærogativa Canonici Cathedralis Eccleſiæ Babenbergenſis, & a *latere* Epiſcopi eſſe cenſeantur, a quo etiam Imperii Nomine regalibus inveſtiuntur.


Plura dabunt hæc ipſa documenta, opima fruge referta, quæ inter facile eminet codex, Hermanni Abbatis, celebratiſſimi illius Annaliſtæ, Heydeno, & Cl. Oefelio cum laude commemoratus, unde decerpſimus, quæ in rem noſtram facere maxime videbantur.

Sequuntur diplomata varia, ab ipſo Carolidarum ævo, tot inter diſcrimina rerum ſingulari ſtudio aſſervata, quibus magnam hiſtoriæ patriæ lucem accenſam iri, nulli dubitamus.

Hæc autem ſingula, ab æquo arbitro utique ſummi æſtimanda, pro incredibili, qua muſas noſtras fovit benevolentia, non modo liberaliter nobiſcum communicavit Exc. Abbas *Auguſtinus* ſanctioribus conſiliis a ſereniſſimo Electore noſtro pro merito ſuo adlectus, ſed rogatu noſtro tumulum quoque aperiri juſſit, auguſtas Bertholdi & Henrici Bavariæ Ducum exuvias recondentem, qui cum

ſumma


P


P

Exc. D. Præſulis *Auguſtini*, eidemque cum pro meliorum litterarum, tum pro univerſo celeberrimi Monaſterii ſui bono, diu noctuque ſtrenue invigilanti, multos annos precemur.

SERIES RR. DD. ABBATUM NIDERALTACENSIUM.

Eberswindus ab an. 731.
Wolfbertus ab an. circ. 768. — 788.
Urolfus, Orulphus, Fulradus ab. an. 788. † circa 814.
Teutboldus, Teutpaldus, Theobaldus anno circ. 815.
* Ottgarius I circ. 824.
Gozbaldus, Gottsboldus circa a. 830.
Otgarius II. an. circ. 855. — 865.
* Wolfbertus II.

Ebers-

* Eberswindus II. * Gumaldus * Ottbaldus, Ottowaldus * Chunibertus * Egilolphus	Adminiſtratores, vel Abbates ſecundarii.

* Aaron circa a. 890. *poſt quem devaſtatum ab Hunnis Monaſterium Epiſcopis in commendam ceſſit.* a)

Erchambertus ab an. circa 990. reſign. 996.

S. Godehardus uſque ad an. 1022. † 1038.

Wolframus † 1027.

*R*atmundus † 1049.

Dietmarus † 1055.

Adelhardus † 1062.

Wenceslaus † 1068. vel 69.

Walkerus, Waltherus † 1098.

Wolframus II. † 1100.

Rupertus † 1118.

Luitpoldus, Leopoldus † circa an. 1131.

Adalfridus † 1143.

Chunradus, Conradus † 1149. vel 50.

Boleslaus † an. 1160.


B * Die-

a) Hundius hæc ponit: *poſt defecit ordo, facti Canonici* 100. *fere annis.*

* Dietricus, Diethericus, Dietmarus.
* Gerhardus.
* Wolgſalcus, Voſſthalcus.
Ulricus ab an. 1173. † 1179.
Dietmarus II. aut III. reſign. 1202.
Poppo † 1229.
Bertholdus poſt menſes VII. † 1230.
Conradus II. ab an. 1230. depon. 1232.
Dietmarus III. † 1242.
Hermannus reſign. 1273. † 1275.
Albinus † 1279.
Volkmarus, Volchmarus † 1282.
Poppo II. † 1289.
Wernhardus † 1317.
Fridericus † 1323.
Rugerus, Riegerus † 1335.
Otto † 1343.
Petrus † 1361.
Otto II. † 1366.
Altmannus † 1402.
Joannes † 1414.

Joannes II. reſign. 1433. † 1434.
Erhardus reſign. 1452.
Albertus † 1453.
Petrus II. depon. 1466. † 1483.
Wolfgangus † 1475.
Fridericus II. † 1489. aut 91.
Georgius Hauer, præcedentis Coadjutor ab an. 1485.
Joannes III. † 1502.
Bernardus II. † poſt 15. Septimanas.
Chilianus † 1534.
Victor † 1535.
Caſparus † 1546.
Mathias †. 1550.
Paulus † 1585.
Auguſtinus † 1592.
Quirinus † poſt 8. menſes.
Bernardus III. † 1619.
Joannes IV. † 1634.
Joannes V. reſign. 1648. † 1660.
Tobias † 1657.
Vitus † 1666.

Placidus reſign. 1672. † 97.
Adalbertus, Albertus. † 1694
Carolus † 1700.
Joſcio † 1739.
Marianus † 1746.
Franciſcus †. 1751.
Ignatius † 1764.
AUGUSTINUS II.



MONUMENTA NIDERALTACENSIA.

CODEX TRADITIONUM.

Excerpta

e Codice Traditionum Hermanni Abbatis.

A principio Codicis huius præſtantiſſimi leguntur ſequentia.

In iſto libro annotata ſunt predia Eccleſie, et cenſus eorundem. Diſtincta ſunt autem per Pagos, ita quod illa que ſunt in quolibet pago, ſunt ſimiliter omnia per ordinem hic tranſcripta.

De Pago, quod dicitur *Chunzenger*.
De Prediis in *Svvaincœur*.
De Prediis in *Nemore*.
De Prediis in *Tunavger*.

N. I. circa An. 731.

Inter priuilegia eccleſie invenitur in Byblioteca quedam carta *Vrolfi* Abbatis, que ex antiquitate ſcripture et latinitatis ualde auctorabilis comprobatur. Quam ego *Hermannus* Abbas non mutatis nominibus, uel latinitate nec minuto uel addito numero litterarum iuſſi moderna ſcriptura per omnia hic tranſſcribi.

Haic autem Breuiarius eſt Urolſi Abbatis de Cenobio qui uocatur Altaha.

Commemoratio de res quod *Otilo* Dux. ad caſam ſancti Mauritii. cum ſociis ſuis ad *Altaha* monaſterio condonauit. quando ipſe caſam Dei edificare iuſſit. et de Alamannia duos denos Monachos per comeatum *Pippini* Regis, et *Eddoni* (Ethonis) Epiſcopi donanti hic adduxit ad iam dictum locum. In uilla *Poohhofa* & uilla *Muliheim* quod *Otilo* donauit ſunt manſos. XXVIII. cum omnibus terminis ſuis. In uilla *Peringas* quod *Otilo* donauit ſunt manſos. XXX. inter *tributales*. et ſeruos. cum omnibus terminis ſuis. a) In uilla *Svvarzaha* quod *Otilo* donauit ſunt manſos. XVIIII. inter *tributales* et ſeruos cum omnibus terminis ſuis. In ipſa Marcha ad *Svvarzaha* conſtruxerunt ipſi Monachi cellulam vnam qui vocatur *Vrpah.* ubi ſunt manſi duo *ueſtiti* et quod amplius ibidem eſt. Illi Monachi manibus ſuis elaborauerunt. et ad ipſam cellolam tradidit *Taſſilo.* ſiluam qui ibidem in circuitu adiacet. In Villa *Iſarahofa* quod *Otilo* donauit. ſunt manſus. XLII. quod *Starcholfus* petiuit a iam dicto Duce. Cum omni Marcha ſeu ſilua. uel omni termino ad ipſum Curtem pertinente. In villa *Paſuhhinga* dedit *Otilo* illam Capellam. cum manſos. V. In villa *Walhineſdorf* dedit *Otilo* illam capellam cum manſos VIIII. ſimulque illam decimam tradidit. quae nobis iniuſte abſtractum eſt. In villa *Elireſpach* dedit *Otilo* illam capellam cum manſos. VII. et de ipſa uilla *Elireſpach* dedit *Paldo* per Comeatum *Otilonis* tertiam partem. et poſtea per licentiam *Taſſilonis* tradiderunt. *Einhardus* et *Sigipaldus* illas duas partes. et locum qui uocatur *pholinchofa,*

a) In Margine notantur hæc verba: „ Reliqua que ibidem habemus in loco qui dicitur *Ghnutinga* comparavimus ab hominibus nobilibus.

chofa. & unde ſunt per totum. manſos L. cum omnibus adiacentiis cum terminis ſuis. In uilla *Pogana* dedit *Paldo* cum licentia *Otilonis.* manſos IIII. et de vinea. *Jornales.* III. et *Einhardus* atque *Sigipaldus* per comeatum *Taſſilonis* dederunt in *Pogam* locum. qui uocatur *Hugipertingahofa.* cum manſos XVI. Cum omni Marcha ſua. vineas cum cultoribus ſuis. In villula *Mulikeim* quod *Wiſurichus* Epiſcopo dedit per Comeatum *Taſſilonis.* ſunt manſos. VI. cum terminis ſuis. In villula *Kerihhinvvis.* quod *Waſugrim* dedit per Comeatum *Taſſilonis.* ſunt manſi. IIII. cum omnibus terminis ſuis. In villa *Metamunhuſir* quod *Otilo* donauit. ſunt manſos VII. cum terminis ſuis. Cella qui uocatur *Anteſana* quod *Cotto Reclauſus* tradidit per comeatum *Hiltrude* et *Taſſilonis.* ſunt manſos. X. cum omni marcha. uel terminis ſuis et ſecus ipſum iam dictum locum tradidit *Machelm.* IIII. manſos cum ſilua uel omni termino ſuo. Locum qui uocatur *Wilpach* ſunt manſos IIII. quod tradiderunt *tributales* per licentiam *Taſſilonis.* Cella qui uocatur *Aeringa* quam tradiderunt per licentiam *Taſſilonis. Fricho. Ratolf.* et fratres eius. et ſunt manſus. VIII. cum omni termino ſuo. In villula *Wolfaha.* quod *Odalpert.* dedit per comeatum *Taſſilonis.* ſunt manſos. IIII. cum omni termino ſuo. In villa *Pidmuntinga.* quod *Wallh* dedit per comeatum *Taſſilonis.* manſos. III. vineas II. et ſilua ad ligna cedenda. In villa *Hrodolfeshuſir* quod *Meiol* dedit per licentiam *Taſſilonis.* ſunt manſos. VIIII. In villa *Phetrarah* quod *Perthrih* dedit. per comeatum *Taſſilonis.* ſunt manſos. IIII. In villa *Albha de ſilvſir.* quod *Abhlad* dedit per comeatum *Taſſilonis.* ſunt manſos VIIII. cum terminis ſuis. b) In villa *Egilfridingahofa* dederunt ſerui Dominici

b) In margine notatur. Sundergev tradidit ad ipſum monaſterium Taſſilo barſcal-

minici. *Meiol* et *Neſſo* per comeatum *Taſſilonis*. manſos. II. et in ipſa uilla tradidit *Egilfrid* hereditatem ſuam. manſos III. In villa *Winchilinga* ſunt. manſus. V. quod ſervi dominici dederunt. et haec ſunt nomina eorum. *Aalo*. *Sigriprant*. *Iſanpert*. *Kaozpert*. ſimulque et eccleſiam. quod *Fridurich* tradidit cum manſos. III. In villa *Anſoluinga* quod Sigirihhus Epiſcopus dedit per licentiam *Taſſilonis*. ſunt manſos. IIII. et ſeruus dominicus nomen *Tagadeo* dedit. unam. aliusque ſeruus dominicus nomen *Adalhrih* cum coniuge ſua dedit manſos. III. ad *pogana* et ſerui dominici *Adalhram*, *Paldhram*, *Welant*, *Vto* per comeatum *Taſſilonis*. dederunt manſos. IIII. (*in Donagev* ad Clirſpah) In villa *Putingas* quod *Hraodpert* dedit per licentiam *Taſſilonis*. ſunt manſus III. *Chuntzengev*. Ad ſalinas quod *Otilo* dedit. ſunt manſos. quinque In *Saltzburchever* padellas. III. Reliqua uero comparauimus a nobilibus uiris. ſuntque ibidem Padellas. VIII. *Heito* dominicus ſeruus dedit unam manſem per comeatum *Taſſilonis* et *Livdpald* ſimulque et *Walhmunt*. dederunt colonias. IIII. (ad *pogana*) et *Wicpald* dedit per comeatum *Taſſilonis*. manſos. II. ſunt namque colonias. IIII. quod dederunt *Thomrih*. *Kundihho*. *Otila*. dominici homines per comeatum *Taſſilonis* (ad pogana.) In uilla *Wiſunte* quod *Hillo* dedit per comeatum *Taſſilonis*. ſunt manſos. III. & *Egilpert* duas colonias a nobis iniuſte abſtulit. In villa *Heidolſinga* quod *Aerlhart* et *Sigihart* dederunt per licentiam *Taſſilonis*. ſunt manſos. VIII. In villa *Muntrihhinga*, quod donauerunt *Wenlo* et *Adalhart* et *Eglolt* per comeatum *Taſſilonis*. ſunt manſos. *VI*.

Num.

---

barſcalcus IIII. *Analum* & *Immino* et alios eorum fratres II. cum manſis II. in loco bimuinaha in Vſſguoe.

Num. II. Hæc vero eſt traditio nobilium, quæ ſvbter inſerta nectitur.

Sigirihus Epiſcopus tradidit villam, qui vocatur *Mvntrihhingas* cum omni adqueſitu ſuo, ſive terminis ſuis. *Alprih.* Germanus ipſius tradidit hereditatem ſuam in loco, qui dicitur *Tyvſſinprunno.* *Sigipert* tradidit hereditatem ſuam in loco, quod vocatur *Parpinga.* *Cunni* tradidit hereditatem ſuam in loco, qui dicitur *Wiſunte.* *Egilpert* tradidit hereditatem ſuam in loco, qui dicitur *Adſalla.* *Hunrih* & *Aotachar* tradiderunt hereditatem ſuam in loco, qui dicitur in *Aringa.* *Sindbertus* Epiſcopus tradidit hereditatem ſuam in loco, qui dicitur *Svnnihhinga*, & *Piparpah.* *Hvſinc* & *Pezzi* tradiderunt hereditatem ſuam in loco, qui dicitur *Wihmvntinga.* *Meiol*, *Eigil*, *Cvndpald* tradiderunt hereditatem ſuam in loco, qui dicitur *Phetarah.* *Reginpert*, *Rodpert*, *Cundpert* tradiderunt hereditatem ſuam in loco, qui dicitur *Obernhauſen (Oparvmhvſyr)* *Tepizco*, *Porcher*, *Lvdeo* tradiderunt hereditatem ſuam in loco, qui vocatur *Wilpah*, & *Catzpah.* *Hramvolf* tradidit hereditatem ſuam in loco, qui dicitur *Spehthreim.* *Erinpert*, *Odalſcalh* tradiderunt hereditatem ſuam dictum locum *Vſtrilinga.* *Wicpot* tradidit hereditatem ſuam in loco, qui dicitur *Colinpah.* *Reginwart* tradidit hereditatem ſuam in loco, qui dicitur *Scaonhernga.* *Herpert*, *Heidfolch* tradiderunt hereditatem ſuam in loco, qui dicitur *Kromunpah.* *Pepo* tradidit hereditatem ſuam in loco, qui dicitur *Hiltirohersdorf.* *Walhmunt* tradidit hereditatem ſuam in loco, qui dicitur *Snvdinga.* *Huſinc* tradidit hereditatem ſuam in loco, qui dicitur *Cummvntinga.* *Cotuni* & *Uentilo* tradiderunt hereditatem ſuam in loco nuncupante *Adpohhe.*

Nũm. III. Hec avtem injvſte a nobis abſtractum eſt.

Locus qui vocatur *Levvir* in *Sundergev*, quod per licentiam *Taſſilonis Wolfpero* nobis tradidit. *Aotolfus* nobis abſtulit ſimulque & quod *Hraffolt* nobis tradidit, iam dictus *Aotolfus* nobis abſtulit. *Rupo* tradidit nobis partem hereditis ſue que adiacet ſecus fluenta qui vocatur *Lapara*, quod a nobis iniuſte uſurpatum eſt, ab Abbatiſſe Avvalburge hominibus. *Perngaer* tradidit nobis hereditatem ſuam in loco, qui vocatur *Hintvnpoh* quod *Heidfolch* nobis injuſte abſtulit.

Et hoc quod ſupra memorare debuimus, nunc addere ſtuduimus, ut nichil exinde remaneret, quod quidem ſupra ſcriptis *Sigibaldus* & *Einhard* uineas X. ad montem, qui dicitur *Grinlo* ſive ad *Gozboldesſberg*, nec non *Welihhinberg*, id eſt juxta Danubium. Ipſas vineas pertinent ad *Clirsbach* ſive ad *Pogana*.

Num. IV. An. 753.

Invenitur ſcriptum in libro noſtro, quod dicitur *Salpuch*, quod ſexto anno dvcatus *Taſſilonis* Ducis. qui eſt fundationis noſtre annus tertius decimus. quoddam predium in *Pvttynga* delegatum fuit ęccleſie Altahenſi *Ebersvvindo* Abbate tunc temporis exiſtente. Vnde opinabile eſt ipſum. E. primum Abbatem heic fuiſſe.

Item anno ducatus predicti *Thaſſilonis* Ducis XXX. & etiam XLII. exſtitit *Wolfpertus* Abbas.

Num. V. An. 831.

Anno Domini DCCCXXXI. *Ludvvicus* orientalis Francie Rex ad peticionem *Hemme* Regine uxoris ſue tradidit monaſterium

ſterium in *Mænſe Bartvvico* Regenſpurgenſi Epiſcopo pro monaſterio in Obermvnſter, quod ad predictam Ratisponenſem Eccleſiam pertinebat.

Num. VI. Series Advocatorum Monaſterii ab An. 900. uſque ad Sæc. XIII.

Perſpectis hinc inde privilegiis Eccleſie, & antiquis donacionibus prediorum non plene potuimus invenire, quis primum vel quos huic Eccleſie conſtituerit advocatos. Neceſſarium tamen fuit, ut quelibet Eccleſia advocatum haberet ſive patronum multis de cauſis. Cum enim aliquod predium eccleſie delegatur, illud in ſuum debet patrocinium ſuſcipere advocatus, & ab omni homine defendere, in quantum ſibi & eccleſie juſticia ſuffragatur. Item quia non eſt clericalis dignitatis, judicium vel vindictam ſangvvinis exercere, advocatus inter homines eccleſie furta. violentos coitus. homicidia. ſive pugnas enormes. & incendia. & ſimiles cauſas per quas poſſit irregularis effici perſona eccleſiaſtica ſi puniret, ſecundum conſuetam juſticiam judicabit, que omnia pro eccleſiarum quiete & libertate ſunt antiquitus conſtituta. Iſtos tamen invenimus fuiſſe eccleſie advocatos.

Tempore *Liupoldi* Ducis & *Tutonis* Epiſcopi (c) *Herigolt* (d) fuit eccleſie advocatus. Tempore *Arnoldi* Ducis, & *Agi-*

(c) Haud dubie Ratisponenſis, cui Abbatia forte in commendam ceſſerat.

(d) Suſpicor, eſse *Heroltum*, de quo e codice illuſtriſsimi Capituli Metrop. Salisb. ſequentia excerpſit illuſtr. Author originum domus boicae tom. II. in Append. N. I. *Et ut agnitioni omnibus habeatur, et error penitus abſtergatur, ipſe Albricus fuit Arnulſi Ducis Patrudis filius, Herolt nuncupatus.*

Agilolfi Abbatis *Raſſoldus* fuit advocatus eccleſie Altahenſis. Tempore *Chuniberti* Abbatis & *Perhtoldi* Ducis fuit *Albricus* advocatus. Tempore *Heinrici* Ducis, *Meinhardus* comes fuit aduocatus. Hic habuit fratrem *Vlricum* comitem. Tempore canonicorum & *Perhtoldi* ducis fuit, *Chunradus* aduocatus. *Heinricus* dux habuit *Wœſiginum* aduocatum. *Tuto* Epiſcopus habuit *Perhtoldum* aduocatum. Tempore S. *Godehardi* abbatis *Meinhart* & *Rupreht* fuerunt aduocati eccleſie. Tempore *Ratmudi* abbatis fuerunt aduocati eccleſie *Ruepertus*, *Vdalricus* comites & *Marquardus*. Tempore *Adalhardi* abbatis, *Meinhardus* & *Aſchvvinus* fuerunt aduocati eccleſie. *Aſchvvinus* autem comes *de Pogen* fuit tempore *Heinrici* IIII. & *Adalhardi*, *Wenzlai*, & *Walcheri* Abbatum aduocatus Altahenſis eccleſie. Hic *Aſchvvinus* fertur Pohemos irruentes in prouinciam noſtram tribus bellis viciſſe, & in ſignum uictorie quandam crucem, cum bipenni in quadam abiete in monte qui uocatur *apholterſperg* excidiſſe, que abies uſque hodie uocatur *Æſchvveineſtanne*. Iſte *Æſchvvinus* dicitur *Adilpertum* comitem genuiſſe qui habuit uxorem *Hadvvigam* & fuit aduocatus altahenſis eccleſie tempore *Liupoldi*, & *Adalfridi* & *Ruperti* & *Gerhardi* Abbatum. Iſte *Adalpertus* conſtruxit monaſterium in *Windberge*. Hic genuit *Adalpertum Hœrtvvicum* & *Perhtoldum* comites ex quibus *Adalpertus* ſagitta occiditur in obſidione caſtri quod dicitur *Phalaia* circa annum dni.M.C.XL.*Hœrtvvicus* autem homo peſſimus inſaniendo uitam finiuit. *Pertholdus* uero homo pacificus & diues. fuit aduocatus eccleſie altahenſis tempore *Chunradi* & *Polezlai* abbatum. qui aduocatiam quam ipſe & progenitores ſui antea ab imperio recipere ſolebant. primus recepit a *Pabenbergenſe* Epiſcopo *Eberhardo*. Hic genuit *Adalbertum*

tum

tum Comitem ex *Leutkarde*. Iſte *Adalbertus* aduocatus eccleſie tempore *Vdalrici*, & *Ditmari* abbatum fuit. Hic fuit homo ferus & bellicoſus & per hoc deſtructor eccleſiarum & prouincie extitit. Nam per Raiſam uerſus *Dornberch* cum Pohemis factam, & per prelium cum *Ludvvico Duce* An. Dni. MCXCIII. ac per conſtructionem caſtrorum in *Hohenpogen* et aliorum edificiorum ſine preliorum et per diuerſas exactiones eccleſiam noſtram et alias eccleſias depauperauit. Ipſius enim Comitis iniqua uexatione primum cepit eccleſia noſtra *ſubaduocatos* habere et *ſteurarum* exacciones iniquiſsimas ſuſtinere. Jus enim aduocatie in aliquibus locis aliis obligationis titulo expoſuit, aliis iure feodali poſſidendum conceſſit. Inter quos quidam *Chunradus de Ahuſen* inbeneficiatus eſt ab eo uilla in *Obernhauſen* cum adiacentibus hubis. *Marquardus de framleinſperg* bonis noſtris in *Wincheling*. *Pernhardus de Lerchenveld* bonis noſtris in *Mündreiching* et in *Siſchofen*. *Regimboto de Svozzenpach* (Süzzenpach eſt ſitum prope caſtrum *Sigenſtein*) et *Rapoto* de *Peilſtain* duabus uillis noſtris in *Wizzenregen* et in *Haſenperg* Item obligationis titulo *Paboni* de *Zulling* uillam in *Vſterling* locauit. Preterea conſenſit quod *Perhtoldus de Ozzing*, uendicauit ſibi bona noſtra in *Münichdorf*, in *Elnpach* et in *Svvarza*: *Gozpoldus de Hofdorf Otmarign* et alia plura. *Poppo de Chæſperch* cum fratribus ſuis fere. LXX. beneficia ſibi indebite adtraxerunt. Cenſuales etiam eccleſie plus, quam. CCCC. cuidam *Chunrado de Röt* legitur contuliſſe. Item cenſuales noſtros ab Iſara uſque poſt fines *Patauie* Comiti de *Ortenberch* iure concambii tunc conceſſit. Et miniſteriales eccleſie noſtre per extrinſecas nupcias alienauit a nobis. Ipſius etiam Comitis

temporibus, dubium utrum eo concedente uel fauente, in partibus Auſtrie tunc ceperunt eccleſie noſtre predia plures iniurias ſuſtinere. Nam *Perchtoldus de Arnſtain* quaſdam uineas noſtras in *Spiz*, cum agris et pratis et decimis eorumdem ſibi uendicauit. *Vlricus* quoque cognomento *Stræun* (e) aduocatiam in predio noſtro in *Zaia* ſibi tunc etiam illicite uſurpauit. tempore *Heinrici* primi *Ducis Auſtrie* et *Luipoldi* filii ſui. a quibus principibus per querimonias diuerſas. ſuper hoc iuſticia non poterat obtineri. Plures etiam idem Comes, ſicut in litteris querimonialibus abbatum inuenitur, malicias exercuit que melius reticentur. attamen moriens anno dni. MCXCVIII. filiis ſuis *Liupoldo* clerico, *Pertholdo* et *Adalberto* quos genuerat ex *Ludmila* reliquit Comitatum plenum diuitiis et honore. Qui cum inter ſe primum et poſtea cum aliis uicinis ſuis Epiſcopis, Comitibus, diſcordarent, in tantam rabiem et malitiam excreuerunt, ut prouinciam Comitatus ſui, inhabitabilem facerent fere totam, et domnus *Poppo* Abbas noſter cum monachis et familia, propter defectum. locum quaſi deſolatum relinquere, et predia eccleſie meliora obligare, uel uendere cogeretur. Inter que etiam illud nobile predium, *Hallenſe Eberhardo Salzburgenſi* Archiepiſcopo tantumm pro trecentis quinquaginta marcis. argenti. tunc temporis uendebatur. Defuncto autem aput *Damiatam Perchtoldo Comite*. *Albertus Comes* habens *Reichizam* uxorem ſterilem. in ſui malitia, uſque ad obitum perdurauit. Verumtamen domnus *Ditmarus* abbas vir in ſeculi ſapientia ſubtilis. et cui in diſpenſatione domeſtica. uix aliquis poterat comparari, tempore predicti *Alberti* Comitis ecbleſiam iſtam ſagaciter et fideliter ſuſtentauit, redimens.

(e) *Stravnonum* ſaepius infra occurrit Mentio.

menſ. VIIII. carradas uini que quibusdam malignis dabantur ab eccleſia ad uſuram. Idem etiam abbas per *Hermannum* monachum priuilegium Inſule et anuli et Eccleſiam in *Spitz* in uſus eccleſie impetrauit. Anno itaque dni. M.CC.XLII. moritur predictus *Albertus Comes de Pogen* ſine herede XVIII. Kalend febr. cui ſuccedit in aduocatia, huius eccleſie *Otto comes palatinus Rheni, Dux Bavvarie* cuius ſtudio totus comitatus in optatam pacem et neceſſariam reformatur. In atumpno etiam ſequenti, in vigilia Simonis et Jude. predictus domnus *Ditmarus* abbas obiit. cui ſucceſsit *Hermannus* abbas. qui rexit eccleſiam iſtam triginta annis. menſibus IIII. diebus XVI. quo propter ſenium et crebras infirmitates quas tunc paciebatur, cedente *Albinus* eiuſdem eccleſie Monachus per formam compromiſſi eligitur, vir bonus et homo timens deum. *Heinrico duce Bavvarie* exiſtente huius monaſterii aduocato.

Num. VII. Querelae (f) aduerſus Arnolfum Bavariae Ducem, anno 914.

Circa annum domini Nongenteſimum quartum decimum. Cum *Chunradus* primus in Romanum Regem eſſet elevatus. *Arnolfus* dux Noricorum timore ipſius Regis tamquam homo malignus et contrarius Regi. cum uxore et filiis fugit in Vngariam et exinde in Regno quaſi per. V. annos prelia mala fecit auxilio Vngarorum. Deinde mortuo ſine heredibus predicto Rege *Chunrado Heinricus* primus in Regem a principibus

f) Querelis iſtis abunde ſatisfecit Cl. P. Agnellus *Candler*, auguſtinianus in erudita Diſsertatione, cui titulum ſcripſit. *Arnolfus malo malus.* etc. Monachii 1735.

bus eſt electus. ſtatimque memoratus *Arnolfus* ab Vngaria reuertitur, et a baioaricis principibus non ſolum honorifice ſuſcipitur, ſed et ut Rex fiat ab eis vehementius exoratur. Affectante itaque ipſo imperium et diſcordante cum Rege *Heinrico* multarum eccleſiarum poſſeſſiones et predia quibus ditate fuerant et dotate. per collationem ipſius tiranni in vſus laicorum in hac diſcordia ſibi famulantium tranſierunt. Non poterant ea monaſteria rehabere propter potentiam eorum qui ipſa predia in feudo receperant. et quia per ipſos potentes ad minores perſonas fuerant hinc et inde feudaliter deriuata. licet predicto *Heinrico* Regi tres *Ottones* et ſ. *Heinricus* ſucceſserint imperatores utique fortes et potentes et iudices ſeueri et iuſti, ac promotiones eccleſiarum in omnibus feruentiſsime diligentes. Attamen quia dicte poſſeſſiones ad augmentum Regni ceſſerant. gratia fit *Regalibus eccleſiis* ſicut in quorundam monaſteriorum priuilegiis adhuc cernitur. quod ab obſequiis illis que facere ſolebant imperatoribus et Regibus cum milicia et armis quando ipſos Reges contigit ire in aliguam expeditionem eſſent penitus abſolute. et ut recipiens prelaturam ab imperio per ceptrum nichil iuris daturus eſſet Curie niſi quod proprio Arbitrio et bona uoluntate uoluerit miniſtrare. Domnus etiam *Ludvvicus Dux Bavvarie*, pater videlicet *Ottonis Ducis* ſepius fatebatur quod pro *Altahenſi* et *Tegerſeenſi* et ſimilibus eccleſiis de ſuo ducatu obſequium illud quod dicitur *Herſchilt* ipſe et alii ſui ſucceſſores imperio exibere deberent.

Num. VIII. Chronotaxis S. Godehardi. circa an. 997.

Sanctus *Godehardus* patrem habuit ex familia eccleſie Altahenſis, nomine *Ratmundum*. Matrem uero nomine ....

Ma-


SOLAFINES
SO
SO
SOLAFIN

Magiſtrum in ſcolis *Oedalgiſum* preſbyterum. A *friderico* Salzpurgenſi archiepiſcopo fit acolitus et Subdyaconus. Et ab eodem archiepiſcopo, qui tunc Eccleſiam Altahenſem in beneficio habuit. ordinatur in prepoſitum, in ordine Canonicorum. in quo ſcilicet ordine, tunc temporis propter deſtrvctionem prius factam; quaſi per centum annos ſubſtitit locus iſte. A *Piligrimo* patavienſi Epiſcopo Dyaconus. et a ſ. *Wolſgango* Ratiſponenſi Epiſcopo preſbyter ordinatur. Sub *Erchanberto* abbate. XII. Kl. Jan. in hoc Monaſterio exiſtens dyaconus, Monachicum facit votum. Anno domini DCCCC. XC. VII. conſtituitur in abbatem preſentibus et annuentibus ſ. *Heinrico* tunc Duce, et quibuſdam Epiſcopis. aliisque primoribus Bavvarie. qui propter hoc ad *Altahenſe* Monaſterium tunc conuenerant. et a *Criſtiano* Patavienſi Epiſcopo ordinatur. VI. Kal. Januarii. Hic rexit locum iſtum annis. XX. VI. in abbatia. Poſt hec factus epiſcopus anno domini. M. XXII. ſedit in epiſcopatu Hildenſheimenſi annos. XVI. obiit autem anno domini. M.XXX.VIII. Canonizatus eſt autem ab *Innocencio* papa. II. et translatus de tumulo anno domini. M. C. XXXI. Regnante *Lothario* Imperatore. II. *Adalfrido* Abbate tunc regente Monaſterium Altahenſe.

Ad Num. VIII.

In feſtiuitate ſancti *Godehardi* datur Canonicis Libra (g) denariorum. Miniſtris, uidelicet Preſpiteris, Dyaconibus, ſubdiaconibus. XLIII. Subcuſtodi XII. Scolaribus XXIIII. Pulſatoribus XII. Pro Luminaribus XXX.

(g) Colligi inde datur libram unam fuiſſe complexam 121. denarios.

Num. IX. De S. Gunthero Monacho Nideraltacenſi. ab an. 1006.

Sanctus *Guntherius* Monachus factus eſt anno. MVI. MVIII. heremum inhabitare cepit ibique conſtruxit cellam in *Rinchnah.* quam dedicari a *Berngero* Patauicenſi Epiſcopo procurauit anno. M. XIX.

Poſt hec ipſius beati *Gvntharii* peticione *Heinricus* tercius tradidit cellam memoratam eccleſie Altahenſis ſub *Rachmvndo* abbate anno. M. XL.

Poſt hec vixit. V. annos. et in ulteriori heremo que *Preznich* vocatur moritur. ac per *Prezizlavum* Ducem ſepeliendus deducitur ad Monaſterium Prevnovvenſe.

Num. X. De Placito Aduocatorum et præſtando illis ſeruicio poſt an. 1066.

Heinricus Imperator. IIII. de legitimis et annalibus aduocatorum placitis hoc ſtatuit. quod ad placitum cuiuslibet aduocati magnarum eccleſiarum pertinentes. ſemel in anno quando preceptum fuerit omnes certis in locis conueniant. ibique aduocati in ſeruicium ſuum plus non exigant niſi duos modios tritici. et II. porcos. tres cados vini uel Medonis. decem cados cereuiſie. guingue modios avene in pabulum triginta equorum.

Num. XI. De Inueſtituris anno 1120.

Conſuetudo erat quod inveſtituras eccleſiarum regalivm imperatores uel Reges dare ſolebant, et quociens epiſcopus uel Abbas regalis decedebat, id moris erat, vt eccleſia illa ba-

baculum et anulum imperatori tranſmittens de curia ſibi poſtularet epiſcopum uel Abbatem. Vnde multi nobiles et magni uiri in regali curia degebant ſpe promotionis, vice capellanorum imperatori obſequentes. donec *Heinricus* imperator quintus eandem inueſtituram epiſcoporum per *Lambertum* ſedis apoſtolice legatvm qui poſtmodum ſummus pontifex factus *Honorius* eſt dictus domno Kaliſto pape ſecundo liberaliter reſignavit. Priuilegium ergo de hoc ecclesie ſcribitur ac imperio, videlicet vt electi a capitulis propriis non prius ordinentur epiſcopi uel abbates quam de manv regis uel imperatoris Regalia per ſceptrvm accipiant. Hec acta ſunt circa annum dni. M. C. XX.

Num. XII. Venditio Bonorum circa an. 1232.

Vniuerſis chriſti fidelibus tam preſentis quam future etatis hominibus *Johannes* dei gratia *abbas* de *Windeberge* cum uniuerſitate conuentus et familie eiusdem eccleſie ſalutem in Domino Ieſu. Notum facimus uniuerſis, quod nos propter vehementem eccleſie noſtre neceſsitatem, fratrum noſtrorum et tocius familie prouide communicato conſilio et preſente tunc temporis aduocato noſtro *Comite Livpoldo* et *Berhtoldo de Steinburch* aliisque miniſterialibus comitis, quedam bona eccleſie noſtre, hec ſcilicet *Ellngeringen* dimidiam hubam, *Weirgingen* dim. *Volratinge* dim. *Euzinge* integram hubam, *Lanzingen* quartam partem Venerabili in Chriſto *Popponi Abbati de Altah* pro quadam ſumma argenti vendidimus in uſum et proprietatem Monaſterii Sci Mauricii ſine aliqua contradictione in poſtmodum cedenda. Et ut hujus contractus celebracio fir-

ma et inconuulſa permaneat, bullarum noſtrarum teſtimonio roboramus et conuentus.

Num. XIII. Traditiones variae circa an. 1210.

Curias in *Smidorf* et in *Perin* dedit nobis *Rapoto palatinus comes de Ortenberch*. *Hadmarus* et *Rapoto* de *Ahvſen* dederunt Curiam in *Taimerſpach* et in *Walhinſtorf*. *Pabo* et *Albero de Ceholving* dederunt molendinum in *Oexing*.

Alramus de Hals ſex beneficia in *Winzing*. *Walchvnus patruus ſuus* dedit curiam in *Lincing*.

Num. XIV. Inſtrumentum Dedicationis Eccleſiae S. Mauricii in Ingolſtat. an. 1234.

Anno ab incarnatione domini. M.CC.XXXIIII.XI. Kaln. Octobr. a venerabili *Eiſtetenſis Eccleſie* Epiſcopo *Heinrico*, rogatu domni *Ditmari* deo deuoti abbatis Eccleſie *Altahenſis* et magiſtri *Hvgonis* plebani. Canonici Ratiſponenſis dedicata eſt Eccleſia in *Ingolſtat*, in honore domini et ſaluatoris iheſu chriſti, et ſancte Marie et ſacratiſsime legionis ſanctorum Theborum. videlicet Mauricii et ſociorum eius, et aliorum ſanctorum quorum reliquie cecondite ſunt in altari. Indictione. V.

Num. XV. Compenſatio damnorum. circa an. 1234.

Notum ſit omnibus tam modernis quam poſteris quod domnus *Heinricus de Lihtenvvart* ſuper inconmodis eccleſie in *Altah* multimode illatis, ab eiusdem Eccleſie abbate et conuentu redditur abſolutus ſub recompenſacione predii duarum

libra-

librarum in villa que vocatur *Schonſtrazze* eccleſie prefate ſollempniter delegati. ſub atteſtacione virorum honeſtorum ſingulis nominibus ſubſcriptorum videlicet *Heinrici de vrteil. Ebervvini de Spitz. Marquardi* filii eiuſdem. *Ditmari de Chirhaim. Ditmari* filii eiuſdem. *Ditmari* plebani de *Abſdorf. Willhelmi* plebani in *Abſdorf* inferiori. *Reimberti* de *Abſdorf.* Ditrici de *Walchunschirchen. Gerundi* de *Lihtenvvart. Livpoldi cognomento fidelis. Ditrici* de *Smida. Rapotonis de Lihtenvvart. Heinrici de ſ. petronella. Sigmari de Lihtenvvart.* et aliorum multorum. Actum tempore *friderici* Ducis Auſtrie et Abbatis *Ditmari.*

Num. XVI. Compenſatio Damnorum an. 1243.

Predium *Winzinge* nobilis Vir *Alramus de Halse* contulit eccleſie Altahenſi coram illuſtri C. *Duce Bavvarie Ottone,* et dno *Hermanno* abbate pro dampnis, que ipſe quandoque gvverras habens cum *Alberto comite de Pogen* intulerat eccleſie memorate. actum in caſtro Lantſhvt XVII. Kal. Auguſti. Anno gracie M. CC. XLIII. Teſtes. *Otto comes de Grvnenbach. Chunrad. comes de Mosbvrch. Hartlibus de Winzer. Svvekkerus* notarius Duciſse et alii.

Num. XVII. De arrogato Jure Advocatorum an. 1244.

Predium in *Zaia* tempore domni *Popponis* abbatis et ante ipſum adeo fuit ab uſibus eccleſie abſtractum, quod vix ad ſummam. XII. librarum eccleſie ſeruiebat. licet idem abbas contra *Strevnones de Valchenſtein* qui ipſum predium racione aduocatie ſibi ſubiugauerant vſque ad excommunicationis ſen-

tentias coram ſpiritali iudicio ac ſeculari plurimum laboraſſet. Poſt hec uindicta dei mortuis ſine heredibus isdem ſex fratribus domnus *Hermannus de Chranchperch* ab illuſtri duce Auſtrie *Friderico* eandem aduocatiam in beneficium recepit. qui more anteceſsorum ſuorum uillam ipſam totaliter ſue uoluit ſubicere ſeruituti. ſed domnus *Chunradus* qui tunc eccleſiam regebat ſibi in quantum malicia temporis permiſit reſtitit donec medianti-bus probis uiris quedam ſibi ſubtraxit de rapinis conſuetis re-licto ei magno iure aduocatie videlicet triginta quinque libra-rum penſione et tribus placitis indiſtinctis in quibus colonos pro ſuo uelle grauabat ita ut tempore affliccionis pro redemp-tione unius placiti tantum exigeret treſ libras preter alia que forma compoſicionis illius ſigillis dicti Ducis et ipſius *Hermanni* roborata plenius continebat quam cum aliis inſtrumentis que nos *Hermannus* abbas poſtea impetrauimus ſuper eodem hic ſubſcribi iuſſimus ad noticiam futurorum. Nos etenim anno or-dinacionis noſtre ſecundo ducem adiuimus antedictum. et con-tra aduocatum predictum agentes maiorem multis expenſis ut ſubtus patet impetrauimus libertatem.

Num. XVIII. Compoſitio Controuerſiae ſuper decimas in Ingolſtat an. 1245.

Cum neceſſe ſit ea que a mortalibus geruntur ne ſimul cum ipſis pereant et labantur ſcriptis et teſtibus roburare per preſens ſcriptum notum ſit omnibus ſancte dei eccleſie fidelibus preſentibus ſcilicet et futuris qualiter contencio que uertebatur inter eccleſiam Altahenſem et plebanos de *Ingolſtat* ſuper de-cimis earundem eccleſiarum amicabiliter ſit ſopita multis nam-

que

que annis inter abbates de *Altach* et plebanos de *Ingolſtat* tali durante diſcordia abbatibus pretendentibus quod due partes decimarum ſpectarent ad ipſos plebanos e conuerſo exigentibus de ortis et quibuſdam prediis decimas in diuerſas ac ita ius utriusque eccleſie ſepe ac ſepius eiſdem ſubtrahi contingeret ab ipſarum ſolutoribus decimarum tandem domnus *Hermannus* ven. abbas Altahenſis et domnus *Dietmarus* plebanus Canonicus Patauienſis litibus illis finem facere cupientes de plebeſanorum conſilio tali modo decimas dari in perpetuum decreuerunt quod prouiſores eccleſie de *Altah* de ſex maioribus curiis in Ingolſtat que ſpectant ad ducem et de duabus maioribus curiis in *Harde* que ſpectant ad domnum Ottonem de *berd* ac de omni cultura quam colunt vel in futuro colent ipſarum octo curiarum villici ſiue ad ſemetipſos vel ad alios pertinente vel ad curias proud ſupradictas colligere et recipere debent in magnis et minutis decimas indiuiſas. Inſuper quidquid extra parochiam ad uillas in *Gaimershaim* et in *Oetingen* et in *Reiderſhofen* colitur vel cultum ducitur totum ſpectare debet ad eccleſiam Altahenſem. Reliquas autem decimas per totam parochiam ex utraque parte danubii in magnis et minutis prouiſores eccleſie de *Altah* et plebanus diuident equaliter ſine fraude. Ad hec quilibet plebanus illius eccleſie tenebitur illis octo villicis ſupra nominatis et domibus eorum licet ab illis nullas recipiat decimas ſicut aliis plebiſanis in procuracione eccleſiaſtica prouidere et expoſſere iura eccleſie Altahenſis fideliter ſicut ſua. Actum anno dominice incarnationis M.CC.XLV. Indictione ſecunda. In die ſ. Mathie apoſtoli in eccleſia *ingolſtat* Teſtes *Chunradus* Monachus. *Dietricus* conuerſus. *Greimoldus* uicarius. *Marquardus de Huntsperch. Cholnarius* miles. *Sigenburgarius.*

garius. Judex. *Albertus Wogel de Gaimershaim. Gernherus formica. Perngerus Zolner. Chunradus incisor. Chunradus ſampner. hainricus medicus. hainricus ſcolarcha. Otto Stidel. Gernherus de Ernam* fundator diſpenſator. *heinricus* eccleſiaſticus. *Reinoldus. Paldvvinus. hainricus de matſe. Vlricus de chraûzpach. dietmarus de puechhoff. poppo* et alii quam plures.

Num. XIX. Traditio Curiae in Goſsenbach an. 1247.

Anno M. CC. XLVII. *Wilhalmus de Schoennanger* iam occidendus elegit ſuam apud Altahenſe Monaſterium ſepulturam tempore dni Hermanni Abbatis, et tradidit Curiam unam in *Goſsenbach* ad altare Sci Mauricii, quam donationem poſtea confirmauit *Wilpirga* Vxor ſua et filii eius *Richgerus* et *Poppo*, et filie ſue *Wilpire* et *Chlaremia.* Hanc autem Curiam emerat idem *Wilhalmus* ad *Albertum de Pernſtein* fratrem Vxoris ſue *Wilp.* et *Sophiam* Vxorem jam dicti *Alberti*, *filiam Wilhalmi in Zierperch*, qui poſtea pro eadem curia cum Eccleſia contendebant. ſed predictus *Hermannus* abbas litem eandem ab ipſis pro quinque talentis denar. redemit. Teſtes. *Svvicgerus de Vorſt Judex. Hartlibus lamina. Alhardus gevman. Heinricus Rudgerus. Dietmarus. Vlricus*, et alii.

Num. XX. Compromiſſum circa diuiſionem agrorum an. 1247.

Cum villa in *Yſerhoven* ficut et alia predia in tota *comitia de Pogen* per *Albertum* comitem et ſuos inimicos ad hoc deuenisset, quod agros et prata eiusdem predii, quia diu ſine colonis extiterant, nullus ſciret, et milites ac potentiores agros

nille

uille propinquos ſolummodo coluiſſent, remotioribus agris in vepres et ſpineta redactis. Pace reddita ex morte comitis ſupradicti, Ruſtici Eccleſie et Milites infeodati pro quantitate et limitibus contenderent, Ego itaque *Hermannus* abbas per querimonias coram dno *Ottone duce* et ſuaſiones diuerſas perſonas militares ad hoc induxi, quod ad Sanctorum reliquias iurauerunt, ſe uelle puram dicere ueritaten, quantum quilibet ipſorum iuſte poſſidere deberet, quod et factum eſt, ut inferius continetur. Compromiſsum itaque fuit, vt maximus campus per funiculos menſuraretur, ille uidelicet contra *Avhalmingen*, et cuilibet hube XII iugera deputarentur. et quodlibet ivgerum haberet XII *pivange*, atque ſic primo infeodatis ipſorum partes diſtribuerentur, reſiduum vero totum Eccleſie remaneret. Item in quot partes maior campus diuiſus eſset, in totidem partes ſecundus campus et tercius diuideretur, licet cuilibet hube in eisdem poſterioribus campis non poſsent cedere XII ivgera, ut in primo. Inchoata eſt igitur iſta particio camporum per *Alvvinum* Monachum ſcribentem, et fratrem *Perhtoldum* prepoſitum, et *Rvdolfum* officialem cum funiculis menſurantes, *Hermanno* abbate et populo comitante A. dni M. CC. XLVII.

Num XXI. Adnotatio quorumdam Feudorum. An. 1247.

Hec ſunt feoda ex antiquo predio. *Chunradus de Eppniſtorf* habet decimas de omnibus agris maioris curie qui dicuntur *Praitten*. *Syghardus de Egloſſhaim* habet in vrbe *Ratiſpona* quedam feoda. Ex his reſignauit domno *Heinrico* dicto *Gemlimgario* ciui Ratiſponenſi. III. curtes in loco qui vocatur *Gaemzing*. quarum unam tunc inſedit quidam qui dicebatur *ſvvevus*. Alteram *Vlricus* et vxor ſua. Terciam *Adalhohus*.

et ſoluunt. II. talenta. Ipſe autem *Gemlinger* petiuit ipſum ſeudum vxori ſue filie *Gumperti monetarii*, et filie ſue confratri. qui nondum habuit plures heredes quod et factum eſt. Actum *Ratiſpone*. Anno ab incarnatione. domini. M. C.XLVII. XVI. Kaln. Maij. Teſtes. *Albero* hoſpes noſter. Poppo plebanus de *Mundriching*. *Gamriht ſchulthaitz*. *Otto prager*. *Heinricus Zanner*. *Libhardus* in lata ſtrata. et alii ciues Ratiſponenſes.

Poſt hec reſignauit predictus *Gemligner Wernhero* genero ſuo, dicto *Straubigner*, et *Halke* uxori ſue predicta feoda cum manu domni *Hermanni* Abbatis. Actum *Ratiſpone*. in die ſancti Luce. Anno domini. M.CC.LX. Nono.

Marquardus de Aevting et fratrueles ſui *Chunradus* et *Hertvvicus* habent unam aream in vrbe *Ratispona vnder den lauben* apud coriarios que ſoluit. III ſolidos.

Num. XXII. Emtio Villae Obernwerd. An. 1248.

Ego *Hermannus* abbas, conſiderans quod eccleſia noſtra propter Vicinitatem ville in *Obernvverde* multos contemptus et turbationes, ac alia incommoda ſuſtineret, dictam villam cum omnibus pertinentiis ſuis aput domnum *Albertum de Hals*, comparaui pro *LXX.V. talentis Ratiſponenſis monete*, conquirens inſuper conſenſum et ius proprietatis eiuſdem predii aput *Patavienſem* eccleſiam, Conſiliarios, et amicos, multis laboribus et expenſis. Anno ordinationis noſtre ſexto.

Num. XXIII. Venditio praedictae Villae. An. 1248.

Ego *Albertus de Hals* per preſens ſcriptum profiteor, quod ego villam in *Obernvverd*, cum omnibus pertinentiis ſuis, que-

queſitis et inquirendis, principaliter propter deum, receptis etiam a domno *Hermanno* abbate de *Altah*. *Septuaginta quinque libris Ratiſponenſis monete* contuli eccleſie Altahenſi. Et quoniam ab eccleſia *Pataulenſi* ipſam villam ſicut progenitores mei feudaliter poſſidebam. ne forte ius proprietatis eiuſdem ville dominus meus epiſcopus et capitulum *Pataüienſe* denegarent eccleſie memorate. ego ad ius conſeruationis Miniſterialibus eccleſie Altahenſis, contuli feudaliter dictam villam. conſentiens per omnia, quod iidem Miniſteriales ipſum predium pro *Mille ſexcentis marcis argenti*, obligauerunt cum manu mea, dicto domno abbati, et eccleſie *Altahenſi*. Hec autem omnia feci de conſilio *Purchardi de Weier*. qui tunc meus fuit pedagogus. et bonorum meorum ac hominum procurator. et Militum meorum conſilio. videlicet *Alberti de furt. Alberti de Oed. Chunradi de Hohenwart. Hermanni de Walxing. Rudgeri de Chuchperch. Engilberti de Rehwinſperg.* Iſti autem ſunt Miniſteriales Altahenſis eccleſie. quibus contuli dictum feudum. *Hartlibus lamina. Ditricus* et *fridericus de Munchdorf. Heinricus de Oetling. Tyrolfus de Purchſtal. Ditmarus de Puchofa. Pabo de Urbach.* predicti omnes et alii quam plures facti ſunt huius rei teſtes. Actum in *Vilſhof.* Anno Incarnationis domini. M.CC.XL.VIII. V. Kln. Febr. Et ego *Purchcardus de Wier*, quia hiis omnibus interfui preſenti pagine ſigillum meum rogatus a partibus, appono in teſtimonium huius facti.

Num. XXIV. Traditio Praedii et Vineae in Paetring cum retrotraditione vitalitia. An. 1248.

Quidam miles dictus *Gerhochus de freimleinsperg* delegauit ad altare ſancti Mauricii in Altah predium ſuum cum ui-

nea adiacente in *Paetring* ſitum. et ipſe una cum filio ſuo *Gerhocho* recepit ipſum predium cum uinea de manibus domni *Hermanni* abbatis tali pacto ut ambo ipſi ad tempora uite ſue ab eccleſia feodaliter poſſiderent, et poſt mortem utriuſque ad nullum heredem eorum. ius predictum reſpiceret. ſed rediret cum omni uſu ad eccleſiam *Altahenſem*. Actum anno. M.CC. XLVIII. in die paraſceves. videlicet XV. Kl. Maij. coram teſtibus ſubnotatis. teſtes predictus *Gerhochus*. et *Gerhochus* filius ſuus. *Hartlibus* miles, dictus *lamina*. *Rudgerus de Werde*. *Heinricus de Oetling*. *Ditmarus de Puchofn*. *Vlricus de Chreuzpach*. et alii.

Num. XXV. Commutatio eiusdem Praedii. An. 1279.

Poſtmodum *Gerhohus* iunior cui uſusfructus predicti predii in *Pätering*, mortuo ſeniore *Gerhoho* patre ſuo uſque ad mortem ſuam ſicut ſuperius exprimitur competebat, multa inſtancia petiuit a domno *Volchmaro* abbate ut predictum uſufructum uellet redimere ab eodem. Idem igitur domnus *Vol.* abbas dedit eidem. G. vnum equum valentem. *III. libras denariorum* et vrnam uini Auſtralis et dimiſit ſibi cenſum vnius anni. promiſit etiam ſeruare ſibi filium ſuum ſcolarem, per annum in pane ſuo. quibus acceptatis et acceptis memoratus. G. ceſſit omni iuri ſibi in preſato predio competenti, transferens illud integraliter ad eccleſiam Altahenſem. Actum domini. M. CC. LXX. nono XIII. Kal. Julij. Teſtes *Eberhardus notarius*. *Ditmarus de Puchof*. *Leupoldus de Haiming*. *Wer. de perchaim*. *Heinricus de purchſtal*. *Gotfridus de puchof*. *Dipoldus Painholz*. *Erhardus*. et alii quam plures.

Num.

Num. XXVI. Traditio Curiae in Pornchoven cum Pacto alimentationis. An. 1249.

Nos *Hermannus* abbas in *Altah* notum fieri cupimus uniuerſis quod cum *Gotſchalcus miles in Haidolſing* et uxor ſua *Haedvviga* de eterna uita inſpirante domino cogitarent. ac de rebus ſibi a deo conceſſis ordinare cuperent ſue ſaluti nunc et in poſterum profutura. ipſi Curiam in *Pornchoven* multo precio conquiſitam cum agro quodam in *Haidolſing* et aliis attinentiis ſuis omnibus pro remedio animarum ſuarum deo et ſancte Marie virgini matri dei et ſancto Mauricio tradiderunt. E conuerſo nos de conſilio et conſenſu fratrvm noſtrorum et familie ipſis ambobus. uel uno mortuo alteri eorum dari ab Eccleſia noſtra decreuimus ſubſcripta videlicet ſingulis annis ſex urnas uini *Chremenſis menſure*. et unum pellicium ouinum et quatuor calceos filtratos ubicunque fuerint reſidentes. Et ſi uoluerint iuxta Monaſterium habitare. due prebende in pane et potu et Caſeo ac aliis omnibus preter ea que in ollis coquuntur. in pelliciis etiam et in calceis debent plene ſicut fratribus in refectorio ipſis dari. Altero autem eorum mortuo ſuperſtes pellicio uno contentus. reliqua omnia plene recipiet ipſe ſolus. tunc etiam ſupradicte ſex urne uini uacabunt, cum duas prebendas potus ſibi de cellerario uoluerit miniſtrari. Inſuper pro pulmentis coquine accipient duos modios hordei. et unum piſe. et de coctis holeribus dolium unum plenum. Ipſam autem curiam in *Pornchofen* cum omnibus attinenciis ſuis delegatam per manus domni *Wernhardi Comitis de Lonſperch* delegatoris eiuſdem predii, ad altare ſancti Mauricii. receperunt. iidem *Gotschalcus* et *Haedvviga*. de manu noſtra ſub tali pacto

ut quamdiu uiuunt ipſi eam poſsideant et *uiginti. quatuor denarios* exinde eccleſie ſingulis annis ſoluant. Adiectum fuit ſimiliter huic pacto quod eis aput Monaſterium reſidentibus et prebendas recipientibus ſupradictas, idem predium tunc cum pleno uſufructuario et cum omni ivre cedet in vſus eccleſie *Altakenſis.* nec ad heredes ſiquos in poſterum generauerint, ſed ad eccleſiam tantum ipſum predium pertinebit. Infra biennium quoque a nobis domus conpetens eis edificabitur in loco vbi voluerint. uel ubi prope Monaſterium potuerint ſalua reuerentia locorum ordinis habitare. Decedentibus autem eis de hac vita nos corpora eorum ad Monaſterium deferentes tradere tenemur cum honore quo concedet, eccleſiaſtice ſepulture. Et ſi tunc forte quod deus auertat fuerint excommunicati niſi ſit pro debitis, tenemur abſolutionem eorum impetrare laboribus et expenſis. Ad hec plenam fraternitatem in eccleſia noſtra habebunt. et fient pro quolibet eorum viuo uel defuncto preces, miſſe, et vigilie, ac omnia beneficia, que fieri ſolent pro quolibet fratre noſtro. Et ut ipſi poſsint de predictis in poſterum fieri cerciores et omnia maneant inconuulſa, nos et conuentus noſter per preſens ſcriptum et ſigillorum noſtrorum appreſſionem obligamus nos et ſucceſſores noſtros ad ſubſcripta omnia fideliter obſeruanda. Actum in domo noſtra in feſto S. Agnetis. Anno Incarnationis domini. M. CC. XLVIIII. Indictione VII. . coram teſtibus ſubnotatis. Teſtes. *Chunradus plebanus de Svvarzza. Perhtoldus* ſacerdos *de Walkenſtorf. Ch. freno. Eberhardus.* Clerici. *Hartlibus lamina. Heinricus Endorfer.* milites. *Ditmarus de puchofen. fridericus de Munihdring. Wernhardus de Chrevzpach. Heinricus de Matſeh. Heinricus de Wizzenſign. Chunradus de Vtting. Heinricus dremel.* et alii conplures.

Poſt

Poſt hec eodem anno in Ebdomada pentecoſtes feria. VI. confirmata eſt ipſa donatio per manus *Salmanni* predicti videlicet *Wernhardi Comitis in* caſtro *landavv.* domno *Ottone* illuſtri *duce Bavvarie* ibidem exiſtente et teſtibus ſubnotatis. Teſtes. *Wernhardus Comes de Lonſperch. Vlricus de Gozzolting. Alhardus de preiſing. Heinricus de Alnchof. Chunradus de Paeuzchof. Heinricus.* dictus *Revt. Hartlibus de Crelpach. Albertus de pilſting. Hertvvicus de povmgarten. Heinricus de Otling. Poppo de Cekolſing, Heinricus de Wizzenſing.* et alii.

Num. XXVII. Libertas praedictae Curiae.

Super libertate predicte Curie tale habemus inſtrumentum.

An. 1258.

Heinricus dei gratia *Comes Palatinus Rheni dux Bavvarie.* Nouerint uniuerſi quod nos ad petitionem *Gotſchalci militis de Haidolfing* Curiam in *Porachofn* quam idem. G. et vxor ſua *Haedvviga* contradiderunt Eccleſie beati Mauricii in *Altah,* tenebimur de gratia liberali deffendere propter deum. ſine omni exactione ſtevre uel aliorum queſtuum quorumcumque. Vt igitur illud robur perpetuitatis obtineat preſentem litteram ipſi Monaſterio dari fecimus, commendantes eandem gratiam pie a noſtris ſucceſſoribus in perpetuum obſeruari. Datum *Landavve.* Anno incarnationis dominice. Milleſimo. ducenteſimo. Quinquageſimo. Oetauo. II. Non Octobr.

Num. XXVIII. Conceſsio emphiteutica. An. 1251.

Anno dni M.CC.LI. Ego *Hermannus* Abbas Curiam *Eſchilpach* iam multis annis obligatam cum conſilio et conſenſu

Con-

Conuentus noſtri contulimus *Meingoto* et *Arnoldo* fratribus de *Erilpach* et *Perthe* et *Hedvvige* ſororibus eorum tali condicione ut ipſi et omnis poſteritas eorum maſculi et femine per legitimum thorum geniti poſsiderent in perpetuum curiam ſupradictam, et in feſto S. Mauricii exinde perſoluant ſingulis annis dimidiam libram denar. Ratiſpon. Eccleſie Altahenſi. Quodſi in dicto feſto cenſum talem ſoluere neglexerint, tunc Curia uacabit eccleſie, et nihil iuris habebunt in ipſa, niſi fuerint impedimento legitimo prepediti. Ipſius autem Curie cenſum cogebamur propterea minorare, quia *Gotfrido Auo* predictorum fratrum ab antiquo obligata fuerat nec redempta, et inſuper nobiſcum contendebant, quod ad ipſos iure hereditario pertineret. Acta ſunt hec in Vigilia beati Gregorii in Stupa noſtra coram teſtibus ſubnotatis. Teſtes *Poppo plebanus de Mundriching. Vlricus plebanus de Vikta. Wernhardus de Chatſperc. Heinricus de Anndorf. Ditmarus de Puchof. Eberhardus de Molheim. Dietricus. Vlricus. Heinricus.* et alii.

Num. XXIX. Conceſsio Feudi. An. 1252.

Nos *Hermannus* dei gratia Abbas eccleſie ſ. Mauricii in Altah, per preſens ſcriptum notum fieri cupimus vniuerſis, quod cum mortuo ſine filio herede, *Miniſteriale noſtro, domno Heinrico de Vrtail, Otto dictus Rinderſchinch* et *Chunradus dictus Saxo*, quibus due filie predicti *Heinrici* matrimonialiter copulate quam plures filios genuerant, nos impeterent pro feodis, que iam dictus. H. ab eccleſia noſtra habuerat, nos pro miſericordia et honeſtate predictorum virorum, ipſius feodi partem ipſis et filiis eorum contulimus. videlicet *Ottoni Rinderſchinch* duo beneficia in Inferiori *Abſtorf*, et curtes, quas

habuit

habuit predictus *Heinricus* in eadem villa, preter illas quatuor curtes apud eccleſiam, quas ſepedictus *Heinricus* nobis quondam reſignauerat adhuc uiuens, et idem *Otto* iſta ſine aduocaticio iure tenebit. Item contulimus eiſdem duo beneficia in *Chircheim*. *Chunrado* autem *dicto Saxoni* contulimus tria beneficia in ſuperiori *Abſtorf*, et unum in *Chirchaim*, cuius medietatem habet *Chunradus* de *Chirchaim*. Reliqua autem omnia que ſepedictus *Heinricus de Vrtail* feodaliter ab Eccleſia poſſidebat, cum agris illis, qui dicuntur *Vberlent*, ad uſus noſtros et eccleſie pertinebunt. Si autem predicti *Otto* et *Chunradus*, uel quisquam de pueris ipſorum, uel quilibet alter nos et eccleſiam noſtram ulterius uoluerint infeſtare, feoda que ipſis contulimus, queque ſuperius ſunt diſtincta, perdere debent, et ad noſtrum ius et dominium reuertentur. Acta ſunt hec *Winne* in *domo Medlicenſi*. Anno domini. M. CC. LII. IIII. Kaln. Januar. coram teſtibus ſubnotatis. Teſtes. *Hermannus de Chrancperch*, et *Hadmarus de Valchenberch*, quorum ſigilla in euidens teſtimonium ſunt appenſa. *Poppo* plebanus de *Mundreichen*. *Chunradus de Valchenberch*. *Chunradus de Ternberch*, *Otto de parth*, *Neizo de Seftenferch*, *Rudgerus de Aſparn*, *Tiemo de Engilmarſpunne*, *Heinricus de Hohnvvart*, *Heinricus de Oetling*, *Heinricus de Mathſeh*. *Vlricus de Chreuzpach*. *Ditricus de Abſtorf*, et alii quam plurimi.

Num. XXX. Immunitas quorumdam Bonorum a Jure Advocati. Saecul. XIII.

Hec ſunt predia Eccleſie in quibus Aduocatus non habet Juſticiam.

In Judicio de *Vihtah* villam in *Aemprukke*. Item hubam unam in *fornbach*. Item Curiam vnam in *Pignotaern*. Item beneficium vnum in *Chirichperch*.

 In

In Judicio de *Mitteruels* Curiam in *Svmbrehtſtorf* et Molendinum ibidem.

In Judicio de *Strvbingen*. Curiam unam in *Walmtingen*. Item. II. hubas in *Hervzchoven*.

In Judicio de *Naternberch* Curiam vnam in *Eyſachkſtorf*. et Molendinum in *Sebach*.

In Judicio de *Landavve* Curiam vnam in *Taimerſpach*. et alteram curiam in *Walhenſtorf*. Item Curiam et Molendinum in *Oexingen*. Item Curiam in *Pornchouen*.

In Judicio de *ſlinſpach* Curiam unam in *Perin*. Item II. hubas in *Oeclingen*. Item IIII. hubas in *Vihauſen*. In *puchof* curiam unam. In *Smidorf* curiam vnam. In *Linzingen* curiam unam. In *Wizzenſingen* hubam vnam. In *Goſſenbach* Curiam vnam. In *Iſerhof* villam in *Rvkkozzingen*. In *Svvarza* hubam unam. In *Reicherſtorf* et in *Edermingen*. V. hubas. In *Maenzingen* curiam vnam. In *Winzingen*. VI. quart. In *Hezelſperg* hubam vnam. Villas in *Werde* et *Obernvverde*.

Num. XXXI. Servitia Praediorum ſaec. XIII.

Hoc eſt *vaſtmůs* quod datur Eccleſie de prediis.

De *Vſterling* de Curia et minutis decimis. XV. metrete piſe. et.. V. metrete papaueris.

De *Oetling* de Curia et minutis decimis. VIII. metrete papaueris. I. modius fabe et piſe.

De *Vrhauſen*, de Maiori Curia,

Item

Item de huba. XX. metrete piſe: de Beneficio. I. dimidia huba. X. metrete piſe.

De alio beneficio. I. dimidia huba. X. metrete piſe. Item de Beneficio. I. dimidia huba. X. metrete piſe.

De *Perin*. X. metrete Papaueris. I. modius piſe uel ordei.

De *Puchofn*, de Curia et minutis decimis. VIII. metrete papaueris. I. Modius fabe et piſe.

De *Maendorf*. IIII. metrete papaueris. X. metrete fabe uel piſe.

De *Putting*. IIII. metrete papaueris. X. metrete fabe uel piſe.

De *Smidorf*.
De *Lintzing*.
De *Chuntzen*.

De *Rvkkozzing*. de Curia. III. metrete papaueris Oſterhofenſis menſure.

De *Yſerhofn*. de Curia et minutis decimis dimidius Modius piſe. dimidius fabe. dimidia papaueris.

De *Mvnichdorf* dimidius modius piſe. IIII, metrete papaueris.

De *Nemore*.
De *Heruzchofen*, de Prima Curia. X. metrete piſe. V. papaueris.

De ſecunda. VI. metrete piſe. III. papaueris.

De *Walhenſtorf.* X. metrete piſe. III. papaueris.

De *Pornchofen.* V. metrete papaueris. *Pilſtingenſis* menſure.

Num. XXXII. Obligatio Nautarum ſaec. XIII.

Jus iſtud habet Eccleſia de quolibet *Schefgriht.* In deſcenſu nauis pro uino. quilibet habens *Schefgriht.* accipiet de granario. I. Modium frvmenti. et. I. caniſtrum id eſt. I. *Sumpir* frumenti. cuius caniſtri ſunt. IIII. metrete. *Tvndorfenſis* menſure. et hoc frumentum datur ei pro *Speiſa* ſua.

Item in auſtria dantur ei. VIII. denarii pro *ſtaechil* et *Schalten.* et cyrotecis. De his quilibet expeditus deſcendet, et reuertetur in naui. nec recedet de naui uſque ad monaſterium. non obſtante. ſi nauis naufragio uel detentione aut alio impedimento in itinere fuerit prepedita. Item ſi infirmabitur uel ire noluerit. alium nautam probum ſubſtituet loco ſuo. Si autem in aſcenſu nauis in tribus uel quatuor diebus fuerit infirmatus, procurator abbatis alium ſubſtituet loco ſuo. et ipſe infirmus ducetur in naui uſque domum.

Num. XXXIII. Servitia Doliariorum. Saec. XIII.

Jus iſtud habent *Chavrarii.* Vnus maior et duo minores facient omnia noua uaſa. et ligabunt uetera quibus et quando neceſſe fuerit. Item ibunt ad nemus in pane eccleſie. ad colligendas *Raifſtange.* quodquod ſunt neceſſarie. ligna autem uaſorum ipſis dabuntur. Item deſcendent in Auſtriam cum uaſis. nec relinquent ea. donec uino repleta fuerunt in naui locata,

non

non obſtante ſi naſa eadem naufragio uel detentione aut alio impedimento in deſcenſu fuerint impedita. In Auſtriam etiam et de Auſtria in propriis nadunt expenſis. ſed dabitur maiori *Chamrario* de curia in *ſlinſpach*. I. modius frumenti. et. I. modius avene. et. I. caniſtrum tritici. Item. III. metrete paruas *piſe* uel milii aut ordei tunſi. et porcellum ualentem. VII. denar. Item ſecurim et *ſtaechil* et. II. cyrotecas.

Num XXXIV. De foetu Pecorum an. 1253.

Anno domini milleſimo CC. LIII. habuimus. XV. equas. que dicuntur *ſtotpherit*. Ex hiis dedimus in curiam noſtram in *Vſterling*. unam equam. Item. In *Yſerhoven* unum. Item. in *Pechofen*. unam. Item. In *Monichdorf*. unam. Item. in *Tündorf*. duas. villico noſtro in. dorf. unam. et friderico qui colit curiam domni *Liebhardi* alteram. Item. in *Oetling* unam. In *Taybrethſhavſin*. unam. Item. in *Mencing*. unam. Item. in Curia noſtra in Monaſterio habemus. IIII. equas. Item uendidimus duas. Item habemus in Curia. ſex equas iuuenes.

Poledri utriuſque ſexus ſi qui nati fuerint ex equabus quas dedimus ad curias noſtras in tercio anno nobis reddentur.

In *Rucozing*. habemus. XI. uaccas. qui dicuntur. *Immerkve*. De qualibet illarum dantur quinquaginta caſei. et caſeus debet ualere in feſto Johannis Baptiſte. III. obolos. In feſto ſancti Martini. duos denarios.

Ex hiis uaccis habet villicus noſter. unam. *Ditmarus* filius prepoſiti. I. Molendinarius. I. *Hirtzo*. unam. *Cyllingerinna* unam. *Heinricus nideninne*. unam. *Hermannus*. unam.

Heinricus obleiaer. unam. *Eglolfus* unam. *Syboto.* I. Item ad Molendinum in *Palcazing.* unam.

In *Obernvverde.* habemus. X. *immerkve.* de qualibet illarum datur ut ſupra. Ex hiis habet *Livtvvinus* villicus. unam. Item *Livtvvinus* ſenior. I. *Walkvnus carnifex.* unam. *fridericus.* unam. *Ernſto.* unam. *Walchvnus dux* unam. Vidua *Vlrici* uillici unam. *Tavtan.* unam. *Walkvnus* et *Chvnradus* fratres. unam. Piſcatores. unam.

Num. XXXV. Jus decimandi.

H*ermannus de Plaedling* dabit ſingulis annis de duobus iugeribus que colit *Raehvvinus cecus* pro decimis decem metretas frumenti Wizzenſingenſis menſure.

Item *Hermannus* paſſer habet quinque ivgera aput *Oſterhoven.* ex quibus nobis decime dari debent.

Num. XXXVI. De Jure Aduocati in prediis noſtris ante medium Saeculi XIII.

Subſcripti denarii dantur Aduocatis de abbacia altahenſi.

De *Vſterling.* talentum.

De *Obernhauſen.* XII. ſolidi ex quibus dimidium talentum eſt infeodatum. Item ibidem XLV. denarii pro agnis.

De *Oetling* unum talentum.

De *Puchofn.* XII. ſolidi.

De *Iſerhofn.* XII. ſolidi.

De *Mvnichdorf.* unum talentum.

De *Chuntzen.* unum talentum.

De *Tvndorf.* I. talentum.

De

De officio in *Svvarzah*. IIII. talenta. et dimidium. que ſic colliguntur. de hominibus. II. talenta. de *helmgerſperg*. I. talentum qui dicuntur *pirpſening*. de *Svvainaraevt*. dimidium talentum. de *holzhabern* accipit officiar XXIIII. modios avene. de quibus dat talentum.

De *Leling*. de Curia officiar. LX. denarii. Item de hominibus. II. talenta. ex hiis denariis habent milites et militares perſone dimidium talentum.

De *Cella*. de Curia uillicaria et de hominibus tria talenta. et VI. denarii.

De Winchling. I. talentum minus. XII. denarii. Summa XX. talenta. III. ſolidi et. IX. denarii.

Item *aduocato* datur ſubſcripta auena. De *Svvarzah*. XIIII. ſcafe. De cella. XIII. ſcafe. De *leling*. IX. ſcafe.

Item de *Nemore* de abbacia et prepoſitura fere. L. modii auene. et. III modii frvmenti tekkendorfenſis menſure.

De *poſching*. II. modii frvmenti.
De decima in *Haidolfing*. II. modii frumenti.
De *Chemnaten*. I. modius tritici.
De *Chirichmaeting*. I. modius tritici.

Summa de toto. I. Scafa tritici. II. Scafe frumenti. XXXVI. avene.

Item in Nemore. III. modii frvmenti. L. modii avene, qui modii faciunt. LXII. Scafas et dimidiam Landawenſis menſure.

Supra-

Supradicta autem iura aduocati eccleſie uidelicet *Comites de Pogen* cum abbatum conſenſu dari ex antiquo taliter ſtatuerunt, ut hiis perſolutis neque ſteuras neque pernoctationes aut expenſas in placitis publicis uel alia ulla grauamina predia ſiue cultores prediorum ſiue cenſuales deinceps paterentur. Debet enim aduocatus placitum habere cum hominibus eccleſie ter in anno. uidelicet bis iu eſtate. et ſemel in hieme. et pro expenſis ſuis tunc faciendis predicti *Vogtphenning* ſibi dantur, et auena pro paſtu equorum.

Num. XXXVII. De filiis ſpuriis, et eorum curatore. Saec. XIII

Subſcriptum ius habet Eccleſia in quibusdam hominibus. Si quis genuerit filium ex muliere que eſt Eccleſie et non eſt vxor ſua. iſte puer dicitur *Chebſchint*. Qui in prouincia poſtquam videre potuerit cacumen domnus quod dicitur *virſt*. tunc ille qui dicitur *Chvntmeiſter*, quod officium habet *Alhardus Gevmannus* in feodo ab Eccleſia. debet indicere parentibus pueri ut redimant eum a ſervitute. ut poſſit legitimari et hereditatem habere. Si hoc impetrauerint ab Abbate. tunc ille *Chvntmeiſter* accipiet ab eis. V. denarios. et coram parochiali Eccleſia publicabit puerum illum exemptum eſſe a ſeruitio maioris cenſus. et habere ius quod habent homines hereditarii. et poſſit ac debeat admitti ad dandas Sententias. et cauſarum ualeat eſſe teſtis. Hereditatem autem paternam uel maternam non poſſidebit. niſi tantum quantum ſibi donabitur ab eiſdem. Quodſi predicta omnia uſque ad annos pueri legitimos neglecta fuerint. et poſtquam idem puertam magnus factus fuerit. ut poſſit in anno. XXX. denarios deſeruire. tunc ille *Chvntmei-*

mei.

meiſter debet ei indicere. ut ſe redimat. ut ſuperius eſt expreſſum. Quod ſi fecerit. recipiet ab eo. XX. IIII. denarios. et ius ſibi datum publicabit coram eccleſia ſicut ſupra. Si autem hoc primus homo ſiue ſit maſculus ſiue femina facere contempſerit. tunc predictus *Chvntmeiſter* intromittet ſe de omnibus rebus ſuis. et duas partes dabit Camerario Eccleſie. ac ſibi terciam detinebit. Inſuper captiuum ducet eum et tradet eum in quamcumque. . . . riam Eccleſie. ubi Abbas uoluerit. et in perpetuo ſeruiet ſicut proprius ſeruus. De officio etiam illius *Chvntmeiſter* eſt illud. quod ſi aliquis homo hereditarius furtum fecerit uel talem pugnam que uideatur afferre mortem . . . *Schachprant* . . . . culpam habuerit . . . . . . abjudicari debet . . . . et omnia iura . . . ſi - abbatis et aduocati . . . acquiſierit . . . . . ad ius ſuum . . . . . militer publicari.

Num. XXXVIII. Jura Ducis Bavar. in Landau, et apud Rotam. Saec. XIII.

Hii ſunt Redditus Ducis qui ducuntur ad granarium in *Landavve* de bonis Palatini Comitis.

Lavbharſtorf. I. Curia.
Rongerſtorf. I. Curia.
Puch. I. Curia.
In *Harſpider* vnum Molendinum.
In *Haudontſtorf.* IIII. Curie et taberna.

Redditus porcorum tales ſunt.

In *Lavbhartſtorf.* II. porci.
In *Rongerſtorf.* III. porci.

In *Harſpider*. III. porci.

In *Puck*. I. porcus.

In *Havnoltſtorf*. de tribus curiis melioribus. XV. porci. et de quarta Curia ibidem. IIII. porci. Item de taberna ibidem. XL. denarii loco carnium. Et nota quod quilibet illorum porcorum valere debet. LX. denarios ſine *vronchoſt*.

Redditus Ducis in vicedominatu aput *Rotam*

In Judicio *Gnezpach*.

Summa Tritici. LXXXII. modii. et dimidius modius.
Summa Siliginis. DC. et XXXV. modii.
Summa avene. CCCC et. XVI. modii.
Summa denariorum Cenſualium. LVIII. libre. ✝. libre. XX. den.
Summa porcorum. LXXXXVII.
Summa anſerum. C.LXVII.
Summa pullorum. CCCC.
Summa papaueris. XLII. metrete
Summa caſeorum. C. et LXX.
Summa Quorum tria milia. CCCC. et XXX.

Judicium apud *Rotam*.

Summa Siliginis. CCC. et XLV modii.
Summa Tritici. LXV. modii.
Summa avene. CC. et XLVII. modii.
Summa denariorum Cenſualium. XLVII. libre. V. ſolidi. IX.
Summa porcorum. L.
Summa anſerum. C. et XXIII.
Summa pullorum. CC. XVII.
Summa papaueris. VIII. metrete.

Summa

Summa Caſeorum. CCCC. et IIII.
Summa Quorum duo milia. C. et LX....
Ab hac ſumma excluſi omnes prouentus de Caſtro in *Gern.*

Num. XXXIX. Statutum poenale de non ducendis Uxoribus extraneis. etc. poſt medium ſaec. XIII.

Sentenciatum eſt coram nobis quod quicunque perdit gratiam abbatis, ab illa die quo ſuper hoc impetitus fuerit et conuictus, vſque ad. XIIII. dies debet eſſe ſine leſione rerum et perſone. Quodſi infra tempus tale gratiam Abbatis non acquiſierit, tunc Abbas intromittet ſe de beneficio uel hereditate ſua. et aliis rebus ſuis. et perſonam coget per aduocatum ad reconciliationem gratie et iuſticiam faciendam. Cauſa autem huiuſmodi culpe talis eſt. ſi duxerit vxorem extra familiam. vel ſi Abbas precipit ſub obtentu gratie ſue aliquid fieri quod iuſtum eſt. vel vitari quod iniuſtum. et ſimiles caſus. et hoc de Miniſterialibus et Colonis.

Num. XL. Commutatio Operarum in praeſtationem pecuniarum. An. 1257.

Anno domini. M.CC.LVII. Cum deſtructo caſtro in *flinsperch* predia ibidem nobis reddita fuiſſent. ego *Hermannus* abbas inueniens cenſum eſse confuſum et ignotum. de uoluntate ac Peticione conſtitui Ruſticorum. ut de prediis ſoluentibus ceruiſiam de quolibet quartali pro *ceruiſia* et *ſteura* regis et abbatis. et agnis et *Jevchart. Mader. Recher. Sniter. Tunger.* et aliis que antiquitus dari conſueuerunt. darentur ecclesie. L. denarii. et non plus. niſi quod Abbati aliquando ibidem

manenti. vel in feſtis quilibet pro uelle et poſſe miniſtrare deberet.

Num. XLI. Traditio emphytheutica Curiae in Pignotarn. An. 1254.

Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuris. quod nos *Hermannus* abbas in *Altah inferiori* de conſilio et conſenſu Conuentus noſtri et familie. Curiam noſtram in *Pignotarn*. *Chvnrado de Nuzperch*. contulimus tali pacto; ut ipſe ſingulis annis *duas libras denariorum Ratiſponenſis monete. uel equipollentiam lantshvtenſis Monete*. in feſto ſancti Martini eccleſie noſtre ſoluet. non obſtante aliquo infortunio ſterilitatis grandinis incendii uel alterius cuiuſcunque. Quod ſi tunc dictum cenſum dare neglexerit, nichil iuris habebit in curia ſupradicta. Cenſum illius anni nichilominus duplicando... Defuncto autem predicto *Chvnrado* nullus heredum ſuorum quicquam iuris habebit in curia ſupradicta, ſed cum edificiis et ſatis ac rebus aliis integre et libere ad eccleſiam reuertetur, ita quod ſi hiemali tempore uel vernali deceſſerit. heredes ſui ad campum eſtiuum. ſeminandum ſufficientia ſemina nobis dabunt. vt autem predicta a partibus obſeruentur. preſens ſcriptum noſtro et Conuentus noſtri Sigillis munitum ſibi porrigimus ad cautelam. Actum anno domini. M.CC.LIIII. In menſe Decembrio. Teſtes. *Albertus Abbas de Metem*. *Heinricus* clericus noſter. *Meingotus de Prvnſt*. *Chunradus de Haydolfing*. *Heinricus de Oetling*. *Heinricus de Avverbach*. *Vlricus* et *Tymo fratres de Chrevzpach*. et alii multi.

Num.

Num. XLII. Conceſsio curiae ad Jus *Freiſezzenrecht*. An. 1257.

M. CC. LVII. *Hermannus de Pledling* renunciauit pro ſe et *Halka* ſorore ſua, et filia eiusdem *Halke* uxore uidelicet *Chunradi Polſtronis* toti iuri, quod eis in curia noſtra quadam in *Reicherſtorf* competere uidebatur, et dictus *Chunradus Polſtron* accepit eandem curiam ad ius *Freiſezzenrecht*. Actum in *Altah* in Sabbato ante Quadrageſimam coram dno *Hermanno* abbate in maiore Stupa. Teſtes. *Heinricus de Theiningen. Fridericus de Empfchofn. H. de Qetling. Vlric Villicus de Monichen. Ch. et H. de Avverbach. Otto de Ederming. de Reicherſtorf Alram Vlricus. Marquardus.*

Item anno dni M. CC. LXXXI. nos *Volchmarus* abbas dictam renunciacionem ſiue ceſsionem iuris tempore locacionis noſtre ibidem renouare uolentes, queſiuimus ab eodem *Polſtrone* et predicta uxore ſua, et a Reinoldo et uxore ſua, ſi aliquod ius in dictis curiis *Reicherſtorf* ſibi competere faterentur. profeſsi ſunt, ſe et heredes ſuos in ipſis nullum ius habere, niſi quod vulgo dicitur *Vreiſäzzreht*. et hoc coram teſtibus ſub. notatis. *Heinricus cellerarius. Tirolfus iudex. Wernhardus de Sehſing. Heinricus de Avverbach. Dipoldus Pamholz. Heinricus de Purchſtal. Ch. Officialis de Celle. Rapoto de Tundorf. Heinricus et Albertus fratres de Pfeſingen.*

Num. XLIII. Conceſsio decimarum ad Vitalitium. An. 1257.

Nos *Hermannus* abbas in *Altah* per preſentia profitemur, quod nos *Hartmanno de Weſildorf* dimidiam partem decima-

cimarum in *Akſpach*, ex illa parte danubii, vbi Capella ſ. Nicolai ſita eſt, ad tempora uite ſue tantum contulimus tali pacto ut ipſe ſingulis annis, exinde dimidiam libram ſoluat. et eo defuncto decima eadem ad Eccleſiam Altahenſem libere reuertatur. Datum Anno domini. M.CC.LVII. circa Paſcha.

Num. XLIV. Compoſitio cum Aduocato et ſubditis. An. 1257.

Tempore *Livpoldi Ducis Auſtrie. Vlricus* de *Volchenſtein*, dictus *Strevno*, *Marſcalcus* Auſtrie et quinque fratres ſui, cum progenitoribus ipſorum villam noſtram in Inferieri *Abſtorf* ratione aduocatie, grauibus ſtevris et continuis uexationibus videlicet per captiuitates hominum, euectiones curruum, pernoctationes crebras, taliter deſtruebant, quod homines eiuſdem ville, nobis parua poterant obſequia exhibere. Illis itaque ſex fratribus ſine heredibus defunctis aduocatia ipſa per collationem *friderici ducis Auſtrie*, ad *Hermannum de Chranchperch* peruenit. qui ad inſtantiam domni *Chunradi* Altahenſis Electi uexationem predictam taliter mitigauit, ut. XXX. III. libras denariorum. ſibi annuatim de predicto predio perſolutis, et tribus pernoctationibus in anno cum poteſtate Judiciaria nullam inſuper inferat inquietudinem dicte ville. tunc itaque de L. metretis tritici parue menſure quas ſoluebat quodlibet beneficium, *Strevnonibus*. remiſse ſunt. XVIIII. metrete ut Eccleſie darentur. XXX.I. metrete tritici. Ad ſolutionem etiam XXX.III. librarum predictarum darentur de quolibet beneficio. VII. ſolidi. Inſuper pro tribus placitis in anno qualibet vice. XVIII. denarii, et de iſtis denariis omnibus ſoluebantur aduo-

cato.

cato. XXX. III. libre, Eccleſie parte reliqua remanente. Proceſſu vero temporis per *Hermannum Abbatem* memoratum predium meliorem a uexatione Aduocati adquiſiuit condicionem, quę uſque hodie manet, que etiam in priuilegiis *friderici ducis* expreſsius continentur. Poſt hec *Vngaris* et *Cumanis* terram Auſtrie deuaſtantibus, villa ſepe dicta non ſolum eſt incenſa et omnino deſtructa, verum etiam vtriuſque ſexus homines iuuenes et ſenes eiuſdem ville fere omnes occiſi ſunt a *Cumanis* et in captiuitatem abducti. Sopita itaque tali tribulatione fr. *Chunradus* tunc prouiſor Eccleſie noſtre in Auſtria Curiam *Monachilem* quam ipſe de nouo prius conſtrvxerat, tunc redificare cepit ibidem, et quos poterat homines adgregare. libertate ipſis per ſex annos conceſſa. inſtrvmento *Ducis Otachari* confirmata. Sed cum accedentes ad culturam memorate ville, nec iſta etiam gratia vellent eſſe contenti, coactus ſum ego *Hermannus* abbas eiſdem hominibus ſeruicium leuigare. Remiſi ergo cuilibet beneficio duas ſcapulas porcinas. Item recedens a beneficio ſuo dat. XX. denarios, et accedens. XXX. qui accedens de cetero dabat. XX. ut recedens. Item qui dabat ad placitum. XVIII. denarios, dabat de cetero niſi. VIIII. Item remiſi cuilibet beneficio. IIII. *graſphennig*. Item remiſi Chunrado officiali eiuſdem ville. et poſteritati ſue cenſum vnius beneficii uſque ad. X. ſolidos denariorum, quos dabit ſingulis annis in feſto ſ. Michahaelis. Item dimiſi *Willhalmo* fratri ſuo decimas de ſuo beneficio tantummodo illo anno. ſunt remiſſorum de quolibet beneficio annuatim. XXXI. denarii. XVIIII. metrete tritici. II. ſcapule preter *anleit* et quod dicitur *todlait*, videlicet quando moriebatur aliquis colonus, vidua dabat Eccleſie ſecundum pecus poſt optimum. Actum circa Paſcha. Anno domini. M.CC.LVII.

Quod

Quod autem dicti *Straeunones* nullum ius aduocatie habuerint in predio memorato, patet per papales litteras ſubtus ſcriptas.

Ad N. XLIV. A.

Clemens epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filiis... Abbati de *Cremiſmonaſterio.* et... prepoſito de ſ. *Floriano* ſalutem et Apoſtolicam benedictionem. Intelleximus ex parte dilecti filii .. Abbatis Altahenſis, coram nobis querela propoſita. quod *Pertoldus* laicus poſthabita reuerentia tutatoris, poſſeſſiones S. Mauricii violenter inuaſas detinet, et reddere contradicit. Quoniam igitur noſtra intereſt Dei eccleſias a violentorum et raptorum manibus ſeueritate eccleſiaſtica liberare. diſcretioni ueſtre per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi ita eſt. laicum quem nominauimus, per cenſuram eccleſiaſticam appellatione propoſita, compellatis inuaſas poſſeſſiones eccleſie nominate reſtituere, et ab eius de cetero moleſtatione ceſſare. Datum Lateran. XVII. Kal. Jan. Pontificatus noſtri Anno tercio.

Ad N. XLIV. B.

Celeſtinus epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Ven. fratr. ... epiſcopo .. et dilectis filiis *Ortolfo* prepoſito, et .. Decano *patauienſi.* ſalutem et Apoſtolicam benedictionem. Peruenit ad nos ex conqueſtione dilecti filii noſtri ... Abbatis Monaſterii de *Altah.* quod *Pertuldus Corradus.* et *Otto* de *Arnſtein*, quoddam predium ipſius Cenobii in *Spice*, in Patavienſi Dyoceſi poſitum. et *Altmanus de Helingerſberg*, predium *Liupoldi*

poldi de Edromingen, qui a Sarracenis detinetur in uinculis. et. R. fratris eius. contra iuſtieiam detinere contendunt. *Vlricus* autem *Struin* Aduocatiam in predio de *Abbatis-dorf*, quam nullus de parentibus ſuis habuiſſe proponitur, illicite nititur obtinere. Quia igitur omnibus ad nos clamantibus, ſumus in iuſticia debitores diſcretioni ueſtre per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus uocatis ad preſentiam ueſtram, qui fuerint euocandi, audiatis que ſuper hiis duxerint proponenda, et quod iuſticia poſtulauerit, appellatione poſtpoſita iudicetis. et quod decreueritis, per cenſuram eccleſiaſticam faciatis inviolabiliter obſeruari. Quodſi omnes hiis exequendis nequiueritis intereſſe, duo ueſtrum ea nichilominus exequantur. Datum Lateran. III. Kl. Maij. Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Num. XLV. Quaedam Commutatio. An. 1259.

Nouerint vniuerſi quod nos *Hermannus* Abbas in *Altah* et conuentus ibidem ius, quod habuit *dimudis* et *hailka* filia eius in area ſiue in domibus noſtris in *Landau* commutauimus Domno *Chunrado de Pfefenhovſen* et filie ſue *Jute*, ita, vt ipſi dent Eccleſie noſtre de predictis area et domibus. *LX. denarios* annuatim. Poſt mortem autem predictorum *Chunradi* et *Jute*, predicta poſſeſſio libere et abſolute ad Eccleſiam *Altahenſem* devolvatur. Actum in quadrageſima. Anno domini. M. CC. Quinquageſimo Nono.

Num. XLVI. Commutatio feudi in ius haereditarium. An. 1260.

M. CC. LX. *Chunradus* faber de *Sunching*, homo Sancti Mauricii reſignauit *Hermanno* abbati quandam curtem

in *Synching*, cum agris, quaſi ad. III. iugera, et paruo prato que feudaliter ab Eccleſia poſſidebat, et recepit ea de manu dicti Abbatis, ſibi et poſteritati ſue. ad ius hereditatis. ut ex inde ad Capellam Sancti Mauricii in domo *Altahenſium Ratiſpone* ſitam. *XX. denarii* annuatim in feſto predicti Martyris perſoluantur. Actum *Ratiſpone*. Kaln. Decembris. T. *Heinricus*. *Gotfridus*. *Heinricus*. *Meingotus de Synching*. *Otto* plebanus de *Salr*. H. de *Avver*. E. de *Mvlheim*. Al. de *Purchſtal*. H. villicus de *Siſchoſn*. et notandum quod predicti. IIII. viri, videlicet. H. et G. H. et M. de *Synching* eodem die coram prenominato abbate renunciauerunt pro ſe et pro omnibus coheredibus ſuis toti iuri quod eis in ſepedicto predio competere uidebatur.

Poſt hec Anno domini. M.CC.LXXX. primo *Heinricus* faber filius predicti. Ch. fabri predicti de *Syniching* reſignauit *Heinrico* cauponi ibidem agros tres et pratum, qui ſoluunt. *XVII. denarios*, et reſidui tres dantur de quadam curte quam habet *Vlricus* faber. Item *Wernhardus Rampf* et *ditricus Pomer* dant. XL. denarios. ſcilicet quilibet. XX.

Num. XLVII. Supplicatio Hermanni abbatis ad Alexandrum S. P. pro canonizatione Guntheri Monachi Altah. An. 1261.

Sanctiſsimo In Chriſto patri *Alexandro*, vniuerſalis Eccleſie ſummo pontifici, frater *Hermannus* dictus abbas Monaſterii in Altah. Ordinis ſ. Benedicti, Pataniensis Dyoceſis, cum ſumma reverentia pedum oſcula beatorum. Significo ſanctitati veſtre, quod quondam nobilis quidam laicus, et dives terrena-

rum

rum rerum dictus *Guntherius* mundi pompa pro amore domini derelicta, in Monaſterio noſtro Monachus eſt effectus, et ibidem ſub regimine ſancti *Godehardi* tunc Abbatis noſtri aliquamdiu eſt laudabiliter converſatus. Poſt hec a predicto abbate petita licentia et obtenta Anno domini M. VIII. inſtinctu diuino heremi ſecreta concupiuit et in eadem heremo per XXX. VII. annos tanta vite auſteritate ac multimodo chruciatu laborum famis et frigoris pro deſiderio celeſtis patrie ſe afflixit, quod pietas diuina quanti meriti ſit in celis frequenter oſtendere dignatur ad ſepulchrum eius per miracula glorioſa.

Commiſſa itaque fuit mihi et abbati de *Ztrahav* pragenſis dyoceſis ac prepoſito de *Rimchna* a felicis recordationis domno papa *Innocentio* IIII. predeceſsore ueſtro huiuſmodi miraculorum veritas inquirenda, qui duo quia ego intereſſe non poteram, proceſſum inquiſitionis ſecundum mandatum Apoſtolicum habuerunt, eumque predicto domno. I. pape per quemdam Magiſtrum *dyoniſium* prepoſitum *Wiſegradenſis* Eccleſie tranſmiſerunt. Quo defuncto in itinere ſanctum illud negocium ad effectum condignum non poterat tunc perduci. Coruſcantia igitur crebra miracula ſancti uiri ſereniſſimi domini. O. Incliti Regis Poemie et tocius populi regionis illius animos iterum excitant et inducunt, vt ad gloriam dei et corroborationem fidei chriſtiane pro canonizatione huius ſancti reverentiſſime paternitati veſtre preces ſupplices porrigantur, quibus ego mee paruitatis preces coniungo utpote qui ſum et eſſe debeo teſtis omnium predictorum. Scriptum VIIII Kaln. Marcij. Anno domini. M. CC. LX. primo.

Num. XLVIII. Conceſsio Emphytheutica ſub conditione. An. 1262.

M. CC. LXII. Nos *Hermannus* abbas in altah, *Chunegundi vxori Eberhardi de Schönkeringen* Curiam noſtram ibidem confirmauimus tali pacto. quod ſi dictus *Eberhardus* maritus eius heredes per eam habuerit quemcumque illorum heredum ad reſidendum in Curia eadem elegerit qui tunc fuerit, ille uel illa contrahet matrimonium ad uoluntatem ipſius abbatis et debita ſeruitia Altahenſi ecclesie exhibebunt. Item ius habebit femina memorata ſi mortuo predicto *Eberhardo* ſine heredibus, per alium virum heredes habuerit cuiuſcumque ſexus. Si autem nec per eum nec per alium heredes habuerit femina ſupradicta, ipſa uſque ad obitum ſuum predictam Curiam poſſidebit. et tunc ad eccleſiam libere reuertetur. Et ſi plures filios uel filias habuerit, ſepe memorata domina, ad nullum eorum ſpectat ius Curie memorate. niſi ad illum ſolum, ſiue maſculus ſit ſiue femina, quem abbas tunc in eadem Curia duxerit collocandum. ſed nec ille ius aliquod habebit ibidem ſi uxorem duxerit ſine abbatis conſilio et conſenſu. Teſtes. *Al. Cellerarius. Chunradus camerarius. Heinricus de Oetelingen. Ditmarus de Puchoven. Eberhardus de Mulheim. Heinricus officialis de Oetlingen. Heinricus officialis de Obernhauſen. Chunradus officialis de Puchoven. Siboto de Menndorf. et alii multi.*

Num. XLIX. Conceſsio Emphytheuſeos, ſub variis conditionibus. An. 1263.

Quoniam propter infirmam hominum memoriam bone et rite determinata in obliuionem uergunt, et ſic uel pereunt uel

uel litigioſa fiunt: ne id eueniat in preſenti negotio, nouerit omnis etas tam preſens quam futura, quod nos *Hermannus* abbas in Altah inferiori et Conuentus ibidem domno *Hervvico* dicto *pollici* ciui Ratiſponenſi Curiam Eccleſie noſtre ſitam in *Mangolting* contulimus tali pacto, ut ab eo uel cuicumque ipſe dictam Curiam delegare uoluerit uel donare, recipiat Eccleſia noſtra ſingulis annis, in feſto ſ. Mauricii uel poſt infra quindecim dies. pro cenſu eiuſdem Curie quinque *ſolidos longos denariorum Ratiſponenſis monete*, et piperis libras duas. Alioquin ex tunc ad penam quinque librarum eiuſdem monete obnoxii teneantur. et pro pena predicta ſepeſata Curia Eccleſie noſtre ſit in pignore obligata. Predictam namque Curiam idem *Hervvicus* a *Karolo de Lerchenvelt* qui ius hereditatis in eadem Curia poſſidebat, ſua pecunia comparauit. Vnde idem *Karolus* ad domum noſtram in Altah ueniens totum ius in manus noſtras reſignauit quod ſibi in eadem Curia competere uidebatur, cum teſtibus ſubnotatis. Teſtes. domnus *Albinus* Cellerarius. domnus *Poppo decanus pataulenſis. Chunradus Camerarius. Heinricus de Celle. Gozvvinus dictus Weihſer. Ditmarus de Puchof, Timo, Heinricus ſcoro*, et alii multi.

Poſt hec idem K. ueniens ad *Ratiſponam* cum plebano de *Iſerhof* notario noſtro ipſam ſuam reſignationem de eadem Curia coram predicto *Hervvico* et ſubſcriptis teſtibus publicauit. Teſtes. *Chunradus Camerarius*, *Rupertus iudex de Haidavve*, *Perhtoldus moſheimer*, *Rudgerus radvvicer*, *Livtpoldus mercator*, *Chunradus filius Hervvici*, *Albertus Holtzheimer*, *Otto de Eilavve*, *Otto de Tukkendorf*, *Vlricus filius Dimari*, *Perhtoldus de Schonleitten*, *Heinricus de pholing*, *Heinricus de*

Paichpach, *Chunradus erlinger*, *Hervvicus ſuzzo*, *Chunradus Zant*, et alii multi.

Et ne domna *Chunegunda ſoror ſupradicti. K. de Lerchenuelt* illud factum in poſterum irritare ualeret, iuſſu noſtro prenotatus noſter notarius in Caſtro domni ducis in *Ahbach* reſignationem tocius iuris ſui uice noſtra ab ipſa recepit. dans ſuper hac reſignatione teſtes ydoneos infra ſcriptos. *Otto de Avekking*, *Wolfkangus de Schirling*, *Heinricus ſchaup*, *Karolus de Pentling*, *Gebhardus de Heitnchofn*, *Heinricus Chaſtner*, *Heinricus de Schermpach*, *Perhtoldus de Avekking*, *Chunradus de Hard*, *Albertus de Pernpach*, et alii multi.

Hec quoque condicio eſt adiecta, ſi uxor predicti *Hervvici* ſuperuixerit eo prius defuncto ipſa Curiam predictam ad ſpeciales uſus ſuos propter pueros quamdiv ſine marito permanebit vidua, poſsidebit. Si uero contraxerit, Curia uacabit ab ipſa penitus, et ad poſſeſſionem puerorum ſuorum libere deuoluetur. licebit etiam ſepe nominato *Hervvico*, ſi neceſsitas ipſum urget, aut bona uoluntate facere uoluerit, ipſam Curiam quantum ad ius ſuum uendere uel obligare, uel quicquid ſibi placuerit ordinare, uxoris ſue aut heredum ſuorum conſenſu ſuper hoc nullatenus requiſito. Profitemur etiam, quod memoratus. K. et predicta *Chunegunda* ſoror ſua ac etiam bone memorie *Albertus pater* eorumdem cum manu noſtra numquam de eadem Curia in parua parte uel magna alicui hominum aliquid roborauit. Igitur ne ſuper huiusmodi reſignationibus, emptione uel collatione aliqua in poſterum poſſit oriri dubitatio, preſentem cartam ſigillorum noſtrorum munimine duximus roborandam. Acta ſunt autem predicta in Tercia ebdomada

mada Quadrageſime. Anno dni. M. CC. LXIII. Indictione ſexta. et a nobis eodem anno in dieſ. Vrbani Ratiſpone per preſentes litteras confirmata.

Num. L. Conceſsio Feudi. An. 1263.

Domnus *Arnoldus* miles in *Spitz* habet in feodo ab Eccleſia vineam an dem *Steinporz*. Item Curtem *Smvzelonis*, quam habet *Heinricus an dem puhel.* que ſoluit. *XII. denarios*. Item decimas de duabus Curiis in *Ăcſtam* quas habuit *Marquardus vnbſchada*.

Supra dicta recepit *Otto de Tyrnſtein* filius predicti *Arnoldi* in feodo a domno *Hermanno* abbate in vigilia beate Cecylie in atrio Eccleſie in *Spitz*. Anno domini. M. CC. LXIII. Et publicauit ibidem quod de tribus Curtibus. quas habet in *Draeitenleo* debet ſoluere nobis ad ius vrbanum. *XII. denarios*. quos dabit pro eo *Heinricus ab dem Pvhael*. Item dabit pro Eccleſia dimidium *vogtembaer*, quod dabatur prius de vinea, que dicitur *Gylawver*. huic facto interfuerunt teſtes ſubſcripti. *Guntherus* et *Wolfkangus* monachi, *Chvnradus* plebanus in *Spitz*. *Chvnradus* plebanus in *Yſerhoven*. *Heinricus Clhavbant*. *Albertus dictus Comes*. militeſ. *fridericus* dictus *fleiſchezz*. *Vlricus notarius de Tyrnſtein*. *Ditricus de Pvnne*. *Hermannus de Weſildorf*. *Heinricus de Lavben*. *Otto traxtzolf*. *Otto* et *Chvnradus* fratres dicti de *Tyrnſtein*. et alii multi.

Num. LI. Traditio Hubae. An. 1263.

Hartlibus miles de Svvartza dictus lamina dedit pro remedio anime ſue ad domum leproſorum, que eſt ſita prope

forum

ſerum in *Helmgerſperge* hvbam unam in *adilpolding*, cupiens leproſis eiusdem domus in perpetuum aliquid exhibere ſolatii annuatim. ſed quia dictus H. hvbam eandem a pataujenſi eccleſia feodaliter poſſidebat, ad peticionem dni *Hermanni* abbatis venerabilis Pater Dnus *Otto patauienſis epiſcopus*, preſente dno *Leone Ratiſpon. Epiſcopo* reſignationem ipſius hvbe a prenominato H. recepit, et eam ſeruientibus predicti abbatis. uidelicet *Heinrico de Oetling* et *Ditmaro de Pvchoſen* contulit iure feodali, et ipſi ac poſteritas eorum pretextu juris feodalis eandem hvbam ſepefatis leproſis conſeruabunt ſine omni queſtu in perpetuum absque dolo. Actum in *Altah* in die ſancti Ypoliti. Anno dni M. CC. LXIII.

Subſcripta legauit *Hartlibus lamina* et *Gervvirgis uxor ſua* poſt obitum ſuum eccleſie altahenſi. Pomerium in vineis in *Svvartza*. Item etc.

Num. LII. Compenſatio damnorum. An. 1263.

Cum nobilis Vir domnus *Albertus* de *Hals* carens gratia domni *Heinrici ducis Bavvarie* plurima damna intuliſset Eccleſie altahenſi, et propter hoc per querimoniam *Hermanni* abbatis excommunicatus fuiſset a Judice ſuper hiis a Sede apoſtolica delegato, tandem reconciliatus gratie dicti domini Ducis, tam ipſe quam predictus abbas ſe memorati dni Ducis et quatuor miniſterialium ſuorum arbitrio ſubmiſerunt. Arbitratum itaque fuit, ut prefatus *Albertus* donaret Eccleſie altahenſi Curiam in *Harbach*, quam abbas redimere deberet pro decem et octo libris Ratiſponenſ. monete, pro quibus eadem Curia *Sokingario de Vilshof* tunc fuerat obligata, et inſuper daret ſepefato

peſato nobili X. ſcafas frumenti que tunc fuerant in ualore plus quàm ſex librarum. Peracta ſunt itaque ſupradicta in *Tekkendorf* in octaua Epiphanie Anno dni Mill: ducenteſimo ſexageſimo tercio coram principe memorato et teſtibus ſubnotatis. Teſtes *Sifridus de Vraunberch* et *Heinricus de Pholing.* et *Gerhohus de fraeinleinſperg* et *Albero Wailer.* Arbitri *Heinricus Notarius. Otto de Vraunberch. H. de Aluchofen. Albertus de Furt. Otto de Straubing. Tyrolfns Judex. Ortlibus de Walder,* et alii quam plures.

Num. LIII. Complacitationes uariae. An. 1263.

Anno domini. M.CC.LXIII. In octaua S. Martini Domnus *Ortlibus de Winchel* confirmauit per conſenſum vxoris ſue *Domne Elyſabeth*, et puerorum eius. *Ortlibi*, *Hadmari*, et *Elyſabeth*, donationem quam priori fecerat ſeptimana de *Gerdruda filia Ditrici de Abtſtorf* quam legauerat coram teſtibus Ecclefie Altahenſi. Nos autem *Hermannus* abbas eidem *Gerdrude* contulimus vnum de beneficiis predicti *Ditrici* quod in manus noſtras reſignauerat ob hanc cauſſam. Alterum autem beneficium dictus *Ditricus* et vxor ſua *Margareta* ad tempora uite ſue tenebunt, et ſi heredem filium habuerint, ad eum idem beneficium pertinebit. Sin autem, ad memoratam *Gerdrudam* tamquam ad noſtre Ecclefie feminam deuoluetur. Actum in *Abſperg* coram teſtibus ſubnotatis. *Otto de hippeleinſtorf*, *herbordus dictus Bavvarus de Winchel*, *Ortlibus de Winchel*, et multi de familia ſua. de *Abſtorf*, *Chunradus ſaxo*, *Stephanus*, *Ditmarus Egelolfus*, et alii.

Eodem die contulimus *Wernhero* et *herbordo* pueris *Hortlibi Bavvari de Winchel* feodum paternum. videlicet quicquid

quid predictus pater eorum ſine lite iure feodi iuſte a noſtra Eccleſia poſſidebat.

Num. LIV. Laudum de Decimis. Anno eodem.

Cum inter rectores Eccleſie de inferiori *Abſtorf* et progenie illorum de *Swweinwart* ſuper quibusdam decimis lis diutiſſime duraſſet, et rectores iidem decimas easdem nequaquam poſſent evincere, licet pro eis ius facere uideretur. ac ex illo defectu et aliis Eccleſia memorata ad tantam deuenisset inopiam, ut vix aliquis ſacerdos hanc acceptare uel acceptam retinere curaret. Ego fat. W. aſumpſi mihi contra memoratos pro Eccleſia litem ipſam, que poſt alia multa ſic etiam ad ultimum complanata, quod Ego nomine Eccleſie et *ffridericus* autem de *Engelreiſtorf* ad quam impeticio talis ex hereditatis ſucceſſione deſcenderat, vna cum *Heinrico de Swweinwart*, cui *ſoror* eiuſdem *ffriderici* matrimonialiter exſtitit copulata, binorum veſtrorum nos arbitrio ſubmiſimus. Ita quod ex parte mea fuit, in *Heinricum de parawre*, et *Heinricum Bawarum* de *gulna*, ab ipſis autem *in ffridericum dictum hutſtoch* militem, et *Rembertum* ciuem de *Neonburch* uelud in arbitros compromiſsum, quorum etiam arbitrium ſicut promulgatum exſtitit, ita fuit in continenti deductum a partibus in effectum. Nam ipſi omne ius ſuum omnemque actionem uel quicquid ratione ipſarum decimarum ſibi credebant competere, ad manus meas voluntarie reſignarunt, obligantes ſe ad hoc, ut ſi aliquis de tota parentela uel poſteritate illorum Eccleſiam ſuper conſtitucionem huiuſmodi de cetero moleſtarent, ipſi nos deberent ab impeticionibus talium ſecuros facere ac quietos. ſuper quo honeſtus vir *dominus Wernhardus de Swweinwart* pro ipſis et

cum

cum ipſis publice fideiuſsit. Et ego proinde vnum modium tritici, et *quinque talenta denariorum monete Wiennenſis*, Eccleſie nomine ipſis dedi. Teſtes. Arbitri predicti. et *Eberhardus* plebanus de *Spitz*. *Starchandus* plebanus de *Zaia* Clerici. *Wernhardus de Svveinvvart* miles. *Vlricus de Imceinſtorf. Othmarus Caſtellanus de traumſperch. Otto* dictus *Pſaff. Dietmarus de Chirchaeim*, et filius ſuus *Ditmarus. Heinricus gaeudoer. Eberger maltzaer.* ciues de *Niumburch. Walther der Wolf. Ortovvinus* et alii. Actum in *Niumburch* anno preſcripto in Dominica letare.

Num. LV. Traditio Praedii in Raenſendorf. An. 1263.

Tempore domni *Popponis* abbatis quidam *Ditmarus* de *Raehſendorf* cum uxore ſua *domna Eliſabeth* tradiderunt predium ſuum quod in eadem villa viſi ſunt habere. videlicet ad redditus viginta ſolidorum Deo et ſancto Mauricio ad Eccleſiam *Altahenſem*. Poſt hec quidam de poſteritate ipſorum dicti *Otto* et *Wichardus* fratres de *Pebrarn*, ipſum predium tam diu impetebant, quoadusque fr. *Wolfkangus* tunc in *Abſperg* prouiſor Eccleſie Altahenſis per ſubſcriptam formam compoſitionis ipſam litem coram iudicibus illius prouincie terminauit.

Num. LVI. Compoſitio de eodem Praedio. An. 1263.

Nos *Otto de Maiſſavve* Iudex prouincialis Auſtrie et *Heinricus* dictus *Stainer Purgrauius de Witenekke* iudex liberorum per preſentia notum facimus uniuerſis, quod cum *Otto* et *Wichardus fratres de Peberarn* Eccleſiam Altahenſem ſuper predio in *Raehſendorf* multo tempore fatigaſſent, tandem fuit

a fr. *Wolfkango* tunc prouiſore in *Abſtorf* nomine Eccleſie in domnum *Eberhardum* plebanum de *Spitz.* et *Hartmannum* de *Wenſendorf.* et *Heinricum Bavvarum de Tulna* laicos, ab ipſis autem in *Rinoldum de Pirbaum* et *Ortlibum de Aichavve* milites, et *Rudgerum de Avvolſteten* uelut in arbitros uoluntarie conpromiſſum, ipſorumque arbitrium per ratihabitionem congrvam confirmatum, in preſentia noſtra deductum fuit a partibus in effectum, videlicet, quod memorati *Otto* et *Wichardus* ad manus antedicti fr. *Wolfkangi* reſignauerunt Eccleſie ius ſiquod habere videbantur in predio quod Altahenſis Eccleſia in *Raehſendorf* poſſidet. ſe ad hoc nichilominus obligantes, ut ſi aliquis heredum ſuorum aut alter quiſpiam de ſua progenie uel affinitate ſepe dictum Monaſterium ſuper actione tali grauare intenderet; illi auctores et defenſores ipſius exiſtant. Eccleſiam indempnem ſuper omnibus querelis huiusmodi reddituri. fr. uero *Wolfkangus* omnia damna que ex eorundem uexatione receperat Eccleſia, remiſit ſimpliciter, et dedit eis inſuper quinque libras. Teſtes. *Chadoldus de Werde. Ortolfus de Morſpach. Heinricus Chlauban.* milites. *Stephanus de Meiſſavve. Hadmarus de Werde. Heinricus de Streuvveſen. Gerungus de Rotenſtein. Chunradus Chinberger.* et alii multi. Actum in *Stein* villula in publico placito liberorum. Anno. dni. Millo. CC.LXIII. Non. Kaln. Mai.

Num. LVII. Emptio Areae in Ratisbona. An. 1264.

Cum area illa que eſt contigua noſtre domui Ratiſpone, eſſet per incendivm ab edificiis vacuata; et eadem noſtra domus periculo incendii tunc fuiſſet. nos *Hermannus* abbas futuris periculis precauere uolentes dictam aream comparauimus

apud

aput quemdam. N. dictum *Hornler* ciuem Ratiſpon. pro VI. libris Ratiſpon. monetc. ita, quod ipſe illam *Karolo de Lerchenvelt* reſignauit, et idem. K. eandem aream *Heinrico de Otling* et *Ditmaro de Puchofn* ſeruientibus noſtris contulit ivre feodi. ut ipſi et poſteritas ipſorum nomine illius fevdi eandem aream ſine omni utilitate ipſorum Eccleſie noſtre uſibus conſeruarent. Teſtes. *Heinricus ſapiens. Chunradus* plebanus de *Tſerhof. Hervvicus pollex. Livtoldus in foro. Vlricus* conſobrinus ſuus. et *Heinricus* notarius eiuſdem. *Heinricus de Otling. Ditmarus de puchofn. Heinricus de avrbach. Eberhardus de Mvlheim. Tuno. Heinricus* villicus de *Siſkofn. Vlricus* hoſpes et *alii* multi. Actum Ratiſpone. anno domini. M.CC.LXIIII. *feria* IIII infra octauam Epyphanie.

Num. LVIII. Conceſsio Curiae in Spitz ad vitalitium. An. 1264.

W*ichardus de Spitz* dictus *Gavſchvch.* concordauit cum Eccleſia tali modo, quod ipſe et vxor ſua Curiam illam retro Cellarium noſtrum in *Spitz* debent habere tempore vite ſue. Quod ſi ipſe prius deceſsit quam vxor ſua ſi placuerit prouiſori noſtro dabuntur eidem femine *due libre denariorum wiennenſis monete.* et ipſa cum pueris ſuis et familia exibunt de Curia, nec aliquid iuris habebunt in eadem. Viuentibus autem eis commodum habebunt in domo et in Curia memorata. nec impedient prouiſorem Eccleſie quicquid in ea edificare uoluerit vel ordinare. quod ad utilitatem Eccleſie Altahenſis. Actum in *Spitz* in domo plebani. feria tercia ante feſtum S. Martini. Anno dni. M.CC.LXIIII. coram *Albino* Cellerario et

Hainrico Capellano fratribus Eccleſie Altahenſis. Teſtes. *Eberhardus* plebanus in *Spitz*. *Chunradus* Sacerdos. *Chunradus Grebner*. *Johannes de Stein*. *Haeduvinus de Swelinpach*. *Otto Dratzolf*. *Hirzzo*. *Hervvordus*. *Haerdvvicus* preco. *Rvger in dem graben*. *Vlricus* fratvelis plebani. *Ditmarus de Abſtorf*. *Heinricus pintaer*. *Heinricus an dem pühel*. *Rvdger ab dem pühel*. *Engelſchalch*. *Hervvordus pörtl*. et alii plures. In huius rei teſtimonium, nos *Hermannus* Abbas et Conuentus ibidem, Sigillis noſtris preſens ſcriptum duximus roborandum.

Num. LIX. Locatio domus in Civitate Ratisponenſi. An. 1266.

Nos *Hermannus* dei gratia Abbas in *Altah inferiori*, et Conuentus ibidem, per preſens ſcriptum conſtare cupimus uniuerſis, quod nos domum noſtram *Ratiſpone* ſitam locauimus domno *Rulando* Ratiſponenſis Eccleſie honorabili Canonico, ad vite ſue tempora, tali modo, quod idem. R. in meliorationem domus ipſius, expendat ſingulis annis libram unam denariorum, Ratiſponenſis monete, et nobis et familie noſtre, quotiens ibidem manere nos contingit, lectiſternia miniſtrabit, et annone noſtre repoſitorium habebimus in eadem. Item promiſit, quod in eadem domo, cum familia ſua faciat manſionem Et ſi quaudo forte vocatus fuerit, ad Choralem domum, vel alias, preter quam in predicta noſtra domo ſibi placuerit habitare, memorata noſtra domus, ex tunc ab ipſo uacabit, et de ipſa domo, nobis quicquid placuerit ordinare licebit, atque ſibi uel cuicumque legare uoluerit, tunc tantum reſtituetur. quantum ſupra cenſum preſcriptum expenditur in eadem. Et

ut

ut iſte contractus robur obtineat firmitatis, preſens inſtrumentum Sigillis noſtris placuit communiri. Actum Ratiſpone in feſto ſ. Dyoniſii. Anno domini. M.CC.LXVI. Teſtes. *Heinricus ſapiens. Engelſchalcus* Sacerdos. *Chunradus* plebanus de *Iſerhofn. Liutoldus* ciuis Ratiſpon. *Heinricus de Auerbach. Liupoldus de Haimign. Wernhardus de Aichperch. Ditpoldus panholz.* et alii multi.

Num. LX. Traditio quorumdam Praediorum. An. 1268.

Nouerint uniuerſi quod cum *Willhelmus de Cirberch* ad religionem proponeret ſe tranſferre, et domino deo, cui adherere bonum eſt, pro peccatis ſuis per penitenciam perpetuam ſatiſfacere cogitaret, domna *Gerdrudis uxor* eius talem deuotionem ipſius inpedire nolens, ſed potius promouere, voto caſtitatis quoad dictum. W. dum uiueret, ſimiliter ſe conſtrinxit; recipiens per recompenſationem iuris ſui in prediis dicti. W. uidelicet *Cirberch* et in *Waldmanning*, que ad ſe dicebat iure dotalicii pertinere. *XXX. libris denariorum Ratiſponenſis monete.* et ſcaffam tritici, et unam ſiliginis, et *dimidium talentum* pro porco, ita ut eidem Willhelmo memorata predia ſine contradictione ipſius femine, liceret ad *Altahenſe* Monaſterium libere delegare. ſubſequenter itaque idem. W. eadem predia, cum aliis bonis ſuis, videlicet in *Avve* et in *Svveinpach*, coram domno. H. Illuſtri *Comite Palatino Reni, Duce Bavvarie*, per manum nobilis uiri domni *Alberti de Halsſalmanni* eiuſdem predii, in manus domni *Hermanni* venerabilis Abbatis Altahenſis tamquam ad altare ſancti Mauricii legitime delegauit. Procedente uero tempore ſubſequenter in die ſancti Mathei predictus *Willhelmus* delegauit proprietatem

ſuam

ſuam in *Waldmanning* per manum *Rapotonis* liberi hominis de *Wangeringen* et reſignauit quod ibidem in feodo ab Eccleſia tenuit altahenſi, deo et ſancto Mauricio ad altare ipſius ſancti, in preſentia domni Hermanni abbatis, coram teſtibus ſubnotatis. Teſtes. *Wernherus abbas de Prvfning. Poppo abbas de Superiori altha. Albertus abbas de Metem. Heinricus abbas de Malaharſtorf. Albinus* Cellerarius. *Werhhardus de Prampach Canonicus pataujenſis. Heinricus decanus de Aiche, Willhalmus plebanus de Mundreching. Vlricus plebanus de Svvarza, Chunradus plebanus de Iſerhof, Heinricus de Haiming, Hartlibus lamina, Tirolfus de Purchſtal*, milites. *Heinricus de Aurbach. Leupoldus de Haiming. Diepoldus panholz. Wernhardus de Aichperg. Werhardus de Perchaim* et alii multi. Nam de prima legatione habetur inſtrvmentum domni. H. Illuſtris *Ducis Bavvarie* quod circa finem libri inter ſua priuilegia eſt conſcriptum.

Num. LXI. Redemtio Vexae circa praedictam Traditicnem.

Predia uero antedicta inpetiuerunt *Albertus de Pernſtain* et *Sophia vxor* ſua, ſoror uidelicet predicti *Willhelmi de Cirberch* quam vexationem redemit apud eos domnus *Hermannus* abbas pro. V. *talentis denariorum Ratiſponenſis monete* et ſcaffa frumenti Pataujenſis menſure, addendo Pueris eorum plus quam. *VI. ſolidos.* ſuper qua compoſitione habentur multi teſtes in yrſuto libello ſcripti et eciam inſtrvmentum domni *Petri Patavienſis Epiſcopi* quod eſt tale.

Num.

Num. LXII. Teſtimonium renuntiationis uxoriae ſuper praedicta Praedia. An. eodem.

Nos *Petrus* dei gratia *Patavienſis eccleſie Epiſcopus* per preſentia profitemur, quod *Sophia* uxor *Alberti* de *Pernſtain* coram nobis preſente predicto. *Al.* marito eius et multis aliis in Choro Pataavienſi eſt publice proteſtata quod quando eidem. Al. fuerit matrimonialiter copulata tunc omnem renuntiationem fecerit que uulgariter dicitur *vurziht* de prediis illius in *Cirberch*, in *Avve*, in *Sveinpach* et in *Waldmanning* cum attinentiis eorumdem que poſtmodum per donationem fratris dicte *Sophie* videlicet, *Willhelmi de Cirberch*, deuenerunt ad eccleſiam Altahenſem. Ad petitionem itaque preſate *Sophie* et in teſtimonium huius facti preſentes litteras noſtras domno *Hermanno* venerabili abbati eccleſie memorate dedimus, ſigilli noſtri munimine roboratas. datum Patavii II. Non. Aug. Anno domini. M.CC.LXVIII.

Num. LXIII. Redemtio novae Vexae circa praedicta Praedia. An. 1268.

Memorata etiam predia inpetiuerunt *Albertus* et *Chunradus fratres* de *Furt* patrueles dicti *Willhelmi de Cirberch*, quam vexationem ſimiliter redemit predictus *Hermannus* abbas pro *VI. libris denariorum Ratiſponenſis monete* mediantibus arbitris videlicet domno *Allerone Wallario* et *Hvgone iudice* dicto *Hanſ.* in quos ex utraque parte fuerat conpromiſſum. Actum in *Altha* proxima dominica poſt Epiphaniam Domini. Anno domini. M.CC.LXVIII. coram teſtibus ſubnotatis. Teſtes. *Heinricus ſapiens. Albinus* Cellerarius. *Wolſkerus* cuſtos. fra-

tres ecclefie Altahenſis. *Chunradus* plebanus de *Iſerhof.* Domnus *Albero Waller. Vlriçus de Leubolfing. Vlricus gener Alberti de furt* et alii multi,

Super quo habemus inſtrvmentum domnī de *Schaumberch*, quod eſt tale.

Num. LXIV. Inſtrumentum Renuntiationis ad praefata praedia pertinentis.

Ego *Chunradus de furt* profiteor et notum facio vniuerſis hanc litteram intuentibus quod ſpontanee ac libera uoluntate ceſſi ac renuntiaui bonis que *Willhelmus de Cirberch* Patruelis meus ecclefie ſancti Mauricii in Altah tradidit, quorum ego poſt obitum ſuum proximus fui heres ſic quod nec per me nec per poſteros meos inpetatur uel grauetur inpoſterum. pro eiſdem ecclefia memorata. In cuius rei teſtimonium predicte do Eccleſie preſens inſtrumentum ſigillo domini mei Domni *Heinrici nobilis de Schaumberch* munimine roboratum. Datum in *Schaumberch.* Anno domini. M.CC.LXVIII. IIII. Non. Marcii. et ſunt hii Teſtes. *Vlricus de Chirchperch. Chunradus de Strachen. Pilgerinus de Cortzheim. milites. Sibandus de Gelting. Ludvvicus Schifer. Otto de Hechlheim.* et alii quam plures.

Poſt hec extorſit a nobis idem *Chunradus* dimidiam Carratam uini.

In predicta compoſitione fuerunt etiam filii domni *Alberti de Furt*, videlicet *Albertus* et *Vlricus* ſcolares qui etiam pro teſtimonio aliquos denarios receperunt.

Helm-

Helmvvicus etiam ſenior filius ſuus poſtea renuntiauit iuri ſuo in prediis antedictis propter Deum, recipiens a nobis *tres ſolidos denariorum.*

Num. LXV. Noua Renunciatio Juris reſpectu praecedentium.

M.CC.LXVIIII. *Albertus de Grub* et ſoror ſua *Hailbiga* vxor videlicet *Laevtheri de fronſtetn* renuntiauerunt toti iuri quod eis uidebatur competere in omnibus prediis et hominibus que *Willhelmus de Cirberch* delegauit Ecclesie ſ. Mauricii in *Altha.* Actum ſub Capella S. Godehardi in *Altha* in vigilia ſ. viti. Teſtes. *Albinus* Cellerarius. *Heinricus ſapiens. Hermannus* plebanus *de Aennbrvk. Heinricus de Oetling. Dittmarus de Puchofn. Livpoldus de Haiming. Rvdgerus de Werd. Heinricus de Aurbach. Chunradus Mautner.* et predictus *Laeutherus.*

Inter predia que *Willhelmus de Cirberch* tradidit eccleſie eſt dimidia huba in *Aendorf* quam ab eo habuit in feodo quidam ciuis de *Straubing* dictus *Albertus Stainhavfus.* quam cum manu domni *Hermanni* abbatis reſignauit dictus *Willhelmus Alberoni* dicto *Wallario.* Actum in Tundorf in vigilia S. Galli. Anno domini. M.CC.LVII. Teſtes *Albertus de Hals. Twolfus. Hugo. Heinricus* et alii.

Item unum quartale in *fritechting* reſignauit *Hugoni* de *Rotenmanne* per manum domni *Hermanni* abbatis.

Similiter vnum pratum in *Cirberch* reſignauit *Richkero de Schonanger*, qui poſtea idem pratum reſignauit *Rudgero* et Ch. *de Ernſting.*

Item. W. predictus de *Cirberch* reſignauit nobis dimidiam hubam in *heuberchofn*, quam a nobis recepit in feodo domnus *Otto de Straubing*.

Iſtos homines dedit *Willhelmus de Zirberch* ad altare. S. Mauricii. de *Swainarent tuta* vxor *Waltheri* et pueri eius, *Chunradus*, *Gotfridus*, *Luikart*, *Alhait*.

Item *Alheit Chunradi* vxor et pueri eius, *Otto*, *Alheit*, *Gunther*, *Heinricus*, et priores catuor ſunt etiam eccleſie.

Item *Chungunt*, et pueri eius, *Otto*, *Walther*, *Eliſabeth*, *Chriſtina*, *Perhta*, *Alhait*. Et quia dicti homines ſunt de *genere militari*, nullum cenſum daturi ſunt, ſed ſeruient Abbati.

Fridericus frater *Alberti de Grub*, renuntiauit etiam toti iuri, quod ſibi in predictis prediis competere uidebatur, recipiens a nobis pro hoc *dimidium talentum denariorum Ratiſponenſium*. Actum in *Altah*. Teſtes. *Ditmarus de Puchofn*. *Liupoldus de Haimign*. *Heinricus de Auerbach*. *Heinricus de Scheſign*. *Eberhardus de Mvlhaim*. *Otto de Puch*. et alii multi.

Item *Chadoldus de Pernſtain* ſororius Cirbergenſis renunciauit etiam toti iuri quod ſibi in predictis prediis competere uidebatur, recipiens pro hoc a nobis. *XL. denarios Ratiſp*. Actum in domuncula Abbatis. Teſtes. *Ditmarus de Puchofn*. *Liupoldus de Haimign*. *Heinricus de Saehſign*. *Eberhardus de Mvlhaim*. *Heinricus de Aurbach*. *Otto de puch*. *Ortwinus* dictus *Raeuter*. et alii multi.

Num.

Num. LXVI. Amicabilis Compoſitio de duabus Curiis in Raeting. An. 1269.

Nos *Hermannus* dei gratia abbas in *altah* inferiori per preſens ſcriptum notum fieri cupimus vniuerſis quod cum domnus *Hiltprandus de Puchperch* et *Albertus de Satelpogen* poſt mortem ſoceri ipſorum videlicet domni *Hartlibi de Winzer* nobiſcum contenderent pro duabus Curiis in *Raeting*, tamdem in hoc amicabiliter conuenimus, quod nos ipſis maiorem illarum curiarum contulimus iure feodi, et minor cvria nobis et eccleſie noſtre ceſſit, ita quod de eadem cvria ſolventur nobis *quinque ſolidi longi denariorum Ratiſponenſium, minus quinque denar.* annuatim. Quod ſi predictus cenſus in quo*cumque* anno in feſto ſancti Michaelis vel ante, eccleſie noſtre non fuerit de ipſa cvria integraliter perſolutus, nichil iuris in ipſa de cetero habebunt. Sed ad eccleſiam noſtram cum inſtitucione et omni iure libere deuoluetur, niſi memorata cvria per incendium communis belli aut grandinis uel ſterilitatis tale incommodum patiatur, quod in ſolutionem ipſius cenſus gratia digne fiat, prout dampnum tunc fuerit eſtimatum. Predictus etiam *Hiltprandus* pro *Evfemia* vxore ſua. et *Albertus* pro *Herburga* uxore ſua compoſitionem talem admittentes petiuerunt preſens ſcriptum noſtro et Conuentus noſtri ac vtriuſque ipſorum ſigillis in euidens teſtimonium roborari. Hiis qui interfuerunt teſtibus ſubnotatis. Teſtes. *Heinricus* Prior. *Otto* Infirmarius. *Heinricus* Cuſtos. *Wilhalmus de Cirberch. Chalhohus de Winzer. Volchmarus. Ditmarus de puchhofen. Luipoldus de Haiming. Rudgerus de Werd. Heinricus de Aurbach. Heinricus de Saehſign. Eberhardus de Mulhaim. Wernhardus*

et *Heinricus fratres* de Waeikign. et alii multi. Actum in *Altah* in die ſancti Ieronimi. Anno domini. M.CC.LX. Nono.

Num. LXVII. Emtio praedictarum Curiarum ad Infirmariam.

Iſte due predicte curie tempore abbatis *popponis* ſecundi et *Vlrici* infirmarii empte ſunt integraliter pro vſſibus infirmarie noſtre. ab eccleſia noſtra perpetuo poſſidende. empta eſt autem vna ipſarum apud juniores tres *Satelpogarios* et matrem ipſorum domnam *Herburgam* et altera cvria apud *Evſſemiam* et relictam *Puchpergarii* et liberos ipſius, qui omnes ius ſuum quod videbatur eis in predictis duabus curiis competere in manus domni abbatis *popponis* libere reſignauerunt. accepta pecunia competenti. de hoc autem in regiſtro domni predicti abbatis *popponis* plenius inveniens.

Num. LXVIII. Traditio ad Infirmariam. An. 1270.

Nos *Hermannus* dei gratia abbas Eccleſie ſancti Mauricii in *Altah*, per preſentia profitemur. quod cum honorabilis vir, domnus *Reinoldus* Plebanus de *Regen.* de ſalute anime ſue ſollicite cogitaret. *XVI. libras* Ratiſponenſis monete. eccleſie noſtre tradidit. ut cum ipſis denariis ad ſubſidium infirmarie fratrum, aliquod predium emeretur. Nos quoque cvriam quandam in Swarzzah, quam *Godrammus* preſbiter, et ſui progenitores, *Miniſteriales* videlicet Eccleſie, quondam, ab eccleſia feodaliter poſſidebant. et tunc pro. *XI. talentis denariorum.* a uobis iam dudum fuerat obligata, predicto plebano de conſenſu fratrum noſtrorum tradidimus. tali modo. ut ipſe illam

illam donaret infirmarie fratrum. pleno iure perpetuo poſſidendam. et quicumque eſſet infirmarius, perſolueret ſibi ſingulis annis, quamdiu uiueret. in feſto S. Mauritii, *unam libram denariorum Ratiſponenſium.* de cvria memorata. poſt mortem uero ipſius. R. quilibet, qui tunc eſſet Infirmarius, in anniuerſario ipſius in conſolationem refectorii *dimidiam libram* expenderet, annuatim. Cenſus uero reliquus predicte cvrie, ad conſolationem fratrum debilium et infirmorum, Infirmario remaneret. Sepedictam etiam cvriam, idcirco ad Infirmariam permiſimus nos tranſferri, ut Infirmarius pecora ſua ibidem poſsit recipere, quociens per *crebram inundationem danubii* expelli de loco proprio cogerentur. Eidem etiam plebano plenam dedimus fraternitatem, ita ut ſibi uiuo, uel mortuo omnia impendantur, que uni de fratribus noſtris, fieri conſueuerunt, et inſuper anniuerſarius ipſius cum pulſatione campanorum, ac uigilia, et miſſa in conuentu annis ſingulis celebretur. In huius autem rei teſtimonium, et cautelam, preſens inſtrumentum noſtro, et conuentus noſtri ſigillo duximus roborandum. Actum in *Altah.* Non. Kalend. Martii. Anno domini. M.CC. Septuageſimo.

Poſt hec domnus *Hermannus* abbas, ut in infirmaria fratribus Karitatis conſolatio poſſit uberius exhiberi. Cenſum denariorum de uilla in *Obernvverd* pertinentium cum prato in Altenvrfar quod dicitur *inderpeunt*, eidem tradidit officine, ac remiſit cenſum agrorum illorum quos *Eberhardus* et *Otto* Infirmarii in campo *Helmgerſpergenſi* emerunt ab heredibus eorumdem. tradidit etiam eidem officine viuarium retro domum Infirmarie ab ipſo cum expenſis plus quam. *XIII. librarum* conſtrvctum.

ſtructum, ut in diebus ieiuniorum conſolationem piſcium habere poſſint debiles, et infirmi. Et notandum quod Infirmarius recepto cenſu denariorum in *Obernwerde*. nil plus iuris habebit in eadem villa, ſed reliqua omnia reſpicient ſolummodo ad abbatem.

Num. LXIX. Redemptio Juris aduocatiae in Weiſſenregen etc. An. 1270.

Cum per malitiam aduocatorum predia Eccleſie noſtre, in, *Weizzenregen*, uidelicet, et *Haſenperg*, diuerſis et crebris, exactionibus eſſe nttaliter deuaſtata, quod pauperes coloni, predictarum uillarum, non poſſent diutius ſuſtinere, ita quod manſiones ſuas deſerere minarentur, niſi eis, citius defenſio vel ſolatium preſtaretur. Contigit *Heinricum Vitulum*, tunc ipſorum hominum aduocatum, quibusdam debitis obrui, ita, ut ipſam aduocatiam uendere, cogeretur. Itaque nos *Hermannus* abbas, prefate afflictioni, pauperum cordetenus condolendo, ab aduocatia, prefata *Heinricum Vitulum* amouimus, tali modo. quod ipſe receptis a nobis. ſexaginta. quinque taleutis denariorum totum ius, quod ſibi in illa aduocatia competere, uidebatur, amicis Eccleſie et quibusdam ſeruientibus noſtris, contulit iure feodi, videlicet *Weikkero Judici de Viebta. et friderico genere ſuo. Item Heinrico de Oetlign. Ditmaro de Puchofn. Eberhardo de Mulhaim. Heinrico de Helingerſperg*, tunc officiario in *Swarzza*. ut ipſi et poſteritas eorum, nomine ipſius feodi, eandem aduocatiam, ſine omni vtilitate ipſorum Eccleſie noſtre vſibus conſeruarent. Et quia uidebatur, quod Patrueles dicti *Heinrici*, videlicet *Albertus* et *Heinricus*,

ricus,

ricus, in ipſa aduocatia, aliquod ius, haberent, *Perhdoldus Judex de Chamb, Sifridus de Gravenvviſen. Heinricus de Pvemſlign.* et ipſemet ſepedictus *Heinricus Vitulus*, promiſerant, quod memorati Patrueles ipſius, reſignabunt domno *Chunrado de Svvarzzenburch*, quicquid iuris habent in aduocatia, ſepius nominata. aut ad mandatum abbatis intrabunt Ciuitatem in *Chamb*. vel forum in *Vichta* numquam exituri, niſi predicta effectui mancipentur. Item *Sifridus de Gravenvviſen*, et *Perhdoldus Judex de Chamb* promiſerunt, abſoluere, predicta predia pro. XXX. talentis aput fratres de *Gravenvviſen*, videlicet Ottonem. *Chunradum*, et *Waltherum*. Actum in Altah in vigilia ſ. Benedicti. Anno dni. M. CC. Septuageſimo. Coram teſtibus ſubnotatis. Teſtes. *Albinus* Cellerarius, *Heinricus* Cuſtos. *Perhdoldus Judex de Chamb. Wilhalmus de Cirberch.* milites. *Gerhohus iunior de fraemleimſperg. Sifridus de Gravenvviſen. Heinricus de Pvemſlign. Chunradus dictus Hager. Luipoldus de Haimign. Heinricus de Auerbach. Dipoldus dictus Panholz. Alrammus. Haertvvicus officialis de Weizzenregen.*

Eodem anno predicti *Albertus* et *Heinricus Patrueles* memorati *Heinrici Vituli* proteſtati ſunt ad inſtanciam predictorum fideiuſſorum coram illuſtri domno *Heinrico Duce Bauvvarie* quod nullum ius haberent in aduocatiam predictam, et renuntiauerunt omni iuri ſi quod eis in ſepedicta aduocatia competere uidebatur. Actum in *Pogen* in Aſſumptione beate Virginis, in preſentia dicti domni *ducis* et huic renunciationi ſubſcripti teſtes interfuerunt. *Albertus de Hals. Albero* dictus *Walter. Heinricus Phollinger. Alrammus de Rotavv. Heinricus de Alnchouen. Chunradus de Nuſperch. Heinricus de Moſtorf*

ſtorf Magiſter Curie. Perhtoldus de Staeinperch. Reinoldus de Eia et alii multi. *Werkerus iudex* et *fridricus gener ſuus de Vikta.*

Num. LXX. Traditio curiae Erchmanſtorf. eodem anno.

M. CC. LXX. *Chunradus de Raehvveinſtorf* tradidit ad altare ſ. Mauricii curiam unam in *Erchmanſtorf,* aſsumens etiam ipſo die aput nos habitum religionis, ut ipſe cum perſona in habitu monachico et predictum predium ſuum cum omnibus Vſibus, deo et ſanctis eius, in eccleſia altahenſi deſeruirent. actum in feſto natiuitatis ſancte Marie preſente dno *Hermanno* abbate, et fratribus eiusdem eccleſie, ac teſtium multitudine copioſa.

Num. LXXI. Commutatio quorumdam Praediorum in *Regen* facto cum Duce Henrico. An. 1270.

Sereniſſimo *Domno Heinrico*, Incſito Comiti Palatino Rheni, Duci Bawarie glorioſo. *Hermannus* humilis abbas Eccleſie ſ. Mauritii in Altah, totusque eiuſdem loci Conuentus, anime et corporis continua ſoſpitate gaudere. Cum ex parte ueſtre excellentie domnus *Otto de Straubing* Procurator ueſter, a nobis hoc expoſceret, vt quia forum in *Regen*, ad vtilitatem uelletis perducere meliorem, nos aliqua predia ibidem, ad Eccleſiam ſancti *Iohannis Baptiſte in Rimchna* pertinentia, deberemus ueſtre celſitudini, pro aliis prediis conmutare, nos non ſolum in hiis, ſed etiam in aliis quibuſcumque ueſtram ſemper uoluntatem facere cupientes, aſſenſum ad hoc vnanimiter prebuimus, libenti animo et deuoto. Tradidimus itaque

que nobis et heredibus ueſtris in proprium, Curiam unam in *Regen*, cum quibuſdam curtibus ſoluentes. X. ſolidos denariorum. Item IIII. beneficia in *Chundorf*, et tria beneficia et dominium in *Greimprechtſtorf*. ſoluentia in auena atque ſiligine et denariis, iuſta eſtimatione. XII. ſolidos denariorum. Prenominatus itaque Domnus *Otto de Stravbing*, in recompenſationem predictorum bonorum ex parte ueſtre Celſitudinis, tradidit nobis et Eccleſie ſ. *Iohannis* in *Rimchna*, que nobis et Eccleſie noſtre ſubeſſe dinoſcitur, de ueſtro libero Patrimonio quatuor Curias, vnam videlicet in *Saeliz*, alteram in *Metem*. terciam in *Schvtzzign*, et quartam ex altera parte fluminis in *Regen*, cum omnibus agris et pratis, ſiluis et aquis, et Molendinis, et paſcuis, ad eaſdem Curias pertinentibus, ut eedem quatuor Curie, cum omnibus pertinentiis ſuis, ut ſupra ſcriptum eſt, in perpetuum deſeruiant Eccleſie memorate, ita quod nunquam de predictis Curiis, ius aliquod aduocatale, uel ſteura iuſta uel iniuſta aliquomodo perſoluatur, ſed totum quicquid poſſunt ſoluere, cum decimis eorumdem bonorum, preter decimam in *Metem*, pertinere debet ad vſus Eccleſie ſepedicte. Quoniam propter hoc predicte IIII. Curie ſine omni iure aduocatio remanebunt, quod Eccleſia queſtum equiualentem de ipſis poſſit recipere, ſicut habuit et habere potuit, in prediis excellentie ueſtre datis. Et ne prefata in obliuione ducantur, uel a nobis uel ſucceſſoribus noſtris abbatibus, uel Monachis, ualeant irritari, preſens inſtrumentum illuſtri ueſtre nobilitati duximus porrigendum, Sigillorum noſtrorum munimine roboratum. Datum in Altah. Kals. April. Anno dni. M.CC.LXX.

L 2 Num.

Num. LXXII. Reciproca compenſatio Henrici Ducis Bavar. Eodem anno.

Heinricus Dei gratia *Comes Palatinus Rheni*, *Dux Bavvarie*, omnibus preſens ſcriptum inſpicientibus in perpetuum. Cum nos forum in *Regen*, ad utilitatem uellemus perducere meliorem, nec hoc poſſemus facere, niſi agros circumiacentes, ad diſtribuendum ibidem reſidentibus, nos conquirere oporteret, Domnus *Hermannus* Ven. abbas in *Altah*, de conſenſu fratrum ſuorum nobis tradidit curiam unam in *Regen* cum quibuſdam curtibus, ſoluentes decem ſolidos denariorum. Item quatuor beneficia in *Chvndorf*, et tria beneficia et dimidium in *Greimprechtſtorf*, ſoluentia in auena, atque ſiligine et denariis, iuſta eſtimatione, duodecim ſolidos denariorum. Nos autem indempnitati Eccleſie precauere uolentes, in recompenſationem predictorum bonorum tradidimus Eccleſie S. *Iohannis Baptiſte de Rimchna*, de libero noſtro Patrimonio, quatuor curias, vnam in *Saeliz*, vnam in *Metem*, terciam in *Schvtzzign*, et quartam ex altera parte fluminis in *Regen*, cum omnibus agris, et pratis, et ſiluis, et aquis, et Molendinis, et paſcuis ad eaſdem curias pertinentibus, vt eedem quatuor Curie, cum omnibus pertinentiis ſuis ut ſupra ſcriptum eſt, in perpetuum deſeruiant Eccleſie memorate, ita quod nunquam de predictis Curiis, nec ius aliquod aduocatale, neque ſteura uel iniuſta, aliquomodo perſoluatur, ſed totum quicquid poſſunt ſoluere cum decimis eorumdem bonorum, preter decimas in *Metem*, pertinere debet ad vſus Eccleſie ſepedicte. Quoniam propter hoc predicte IIII. Curie ſine omni iure aduocatio remanebunt, quod Eccleſia queſtum equiualentem de ipſis

poſsit

poſsit recipere, ſicut habuit et habere potuit, in prediis nobis datis. Et ne prefata in obliuione ducantur, uel a poſteris noſtris ualeant irritari, preſens inſtrumentum ipſi Eccleſie tradimus, ad cautelam. Datum in *Landavve* Kald. April. Anno dni. M. CC. Septuageſimo.

Num. LXXIII. Memorabilis conceſsio Praebendae, reſpiciens ad N. LX. et ſeqq. An. 1273.

Anno ab incarnatione domini. M. CC. LXXIII. feria tercia poſt *Exurge*. Cum Nos *Hermannus* Abbas plene fuiſſemus experti, quod diuortium matrimonii factum inter *Willhelmum de Cyrberch* et vxorem ſuam *Gedrudam* eſſet omnimodis contra iura, mediante domno *Poppone abbate de Superiori Altah*, et aliis probis viris, videlicet domno *Altmanno de Wintzer*, *Heinrico Chunrado friderico de Helmgerſperig* reduximus eoſdem ad priſtinum ſtatum, nolentes propter hoc fieri culpabiles coram deo. Promiſimus itaque eiſdem *Willhelmo* et predicte femine, ut tanto libentius coniungerentur, ſingulis diebus dare duas prebendas vini, et duas cereuiſie, quinque panes, duos videlicet de meliori ſiligine, et tres de viliori. Item duo *Rintflaehs* valentia *unum talentum*, et vnam pernam valentem *dimidium talentum*, et vnam ſcaffam ordei et vnam avene. et dolium unum cum coctis oleribus. Item duas vaccas ad mulgendum que ſi fiant inutiles mutabuntur, et cum feno noſtro per hyemem ſeruabuntur, et ſi morientur, alie vacce dabuntur eis. et cutes Cellerarius reſeruabit. Item promiſimus eis dare ſingulis annis *viginti ſolidos* pro ueſtitu, et duos filtratos calceos, et uni ſeruienti tunicam, et puelle

 pallium

pallium que ambo taxata fuerunt pro *denariis octoginta*. Item in quadrageſima dabuntur eis nouem libre olei. adiecta fuit hec condicio, vt ſi dictus *Willhelmus* prius moreretur quam femina memorata, ipſa deinceps contenta eſſet tantummodo duobus panibus vno de meliori et altero de viliori et omni die dimidia prebenda vini et integra cereuiſie et medietate de carnibus ſupradictis. Item dimidia ſcaffa ordei et dimidia avene. et *ſex ſolidis* pro ueſtitu. Si vero continentiam non ſeruauerit etiam predicta gratia tunc carebit. Si vero ipſa femina prius moritur, ipſe *Willhelmus* ſedebit in menſa abbatis, et condiciones prehabite non valebunt. Et ut predicta robur obtineant firmitatis, due carte de predicto facto ſcribentur, et ſigillo Illuſtris domini. H. *ducis Bavvarie noſtri aduocati* ſigillabuntur, quarum una apud nos manebit, alteram predicti Willhelmus et Gredruda pro teſtimonio reſeruabunt.

Num. LXXIV. Feuda conceſſa Miniſterialibus, Militibus, et militaribus circa an. 1273.

Subſcripti Miniſteriales et milites ac etiam militares et inferiores perſone a domno *Albino* venerabili abbate altahenſi ſua feoda receperunt. *Altmannus de Wintzer. Hugo iudex. Tirolfus* de *purchſtal. Vlricus de Otmering. Ditmarus* et *Wernhardus de perchaim. Albertus de purchſtal. Wernhardus de Shaeſing. Heinricus de Oetling. Heinricus de Avverbach. Heinricus Chunradus fridericus Vermes. Gvmpoldus de Laeling. Heinricus de Shaeſing.* Tres fratres de *Leutzenried.* Ambo *Nelzones. Chunradus de Tragmanſried. Heinricus* filius *Heinrici de Leutzenried. fridericus* et *Chunradus de Cheſperch. Eberhard.*

hard. et *Rugerus de Cleſſing. Wilhalmus. de aſperge. Gotfrid de Elhenpach. Rugerus. de Reinhartsmaiz. Heinricus Cleſſing. Chunradus Marcher. Ditricus de Rymchnamund. Reinhart Pato Rudolfus de Leutzenried. Elizabeth uxor Andree recepit ſecum feoda. Vlricus de Reinhartsmaiz. Chunradus de Chesperch margarete* uxori ſue reſignauit Curiam in *Ditreichmaiz. Heinricus de Meſchenperch. Heinricus de Tragmansried. Albertus* et *perhtoldus* fratres *de Vmchenried. Alrammus de Tragmansried. Heinricus de Weizzenſtain. Weikerus de Metem.* Goppol*dus de* Oetmaring. *Heinricus* et *Alhardus Gaummani. Heinricus Arldorfer. Roſſet fridericus de Wizzenſing. Heinricus* fratruelis *Herbordi. Svveikerus Gaumann* cum duobus fratribus ſuis. *Marquardus de Mos. Vlricus Immerhirtel. Pero de Anzenchirchen. fridericus de Hutte. Turlfus filius Æumingarii. Ditricus de Munichdorf. Chaſtnaer de Mulhaim. Wernhardus* et *Heinricus* fratres *de Weikking, Raffoldus de Planchenpach. Wolfhardus de Chleihaim. Alrammus* de *Rotavv.* Otto de *Jahensdorf. Hartvvicus* et *Gerhohus* de *Hutte. Ebo* de *Mos. Hartliber* de *Truncing.* Otto de *Munichdorf. Chunradus* de *Maendorf. Leupoldus* de *Penzling. Vlricus* de *Otling. Gotfridus* et *Heinricus* de *Aichperch. Heinricus* et *Walchunus* de *Aichperch. Eberhardus Schavver. Heinricus Waller. Chunradus* officialis de *puchof. Chunradus* de *Mautarn. Chunradus Chra. Heinricus* filius *Wolframmi. Sammerin. Altmannus* filius *Alrammi. Leupoldus* de *Rentzling. Halſer* et fratrueles ſui. *Wernhart* de *Otmaering. Levpold alhart Otto* de *Haiming. Heinricus* de *Rymchofen. Reichkerus* et *poppo* fratres de *Shoenger. fridericus* de *Chirichdorf. Heinricus* ibidem. *Heinricus* de *Hergolfing. Vlricus* miles de *Hundeldorf. fridericus* de *Lohaim.*

Lohaim. *Chunradus* de *Chirichdorf*. *fridericus* de *Emauing*. *Hilprant* de *Chamerdorf*. *Chunradus* de *Nuzperch*. *Albertus* de *Satelpogen*, et uxor ſua *Herburch*. *Meingoz* dictus. *En*. *Egtolfus* fratruelis ſuus de *lonſperch*. *Vlricus Æmrinch*. *Hugo* de *Cerndorf*. *fridericus* de *Walmting*. *Vlricus* officialis de *Obernhauſen*, et fratres ſui. *Jeuta elizabet alhait* ſorores de *Otling*. *Heinricus* de *Alnchofn*. *Heinricus* de *preiſing*. *Pabo* de *Zachenperg*. *Ditmarus* de *puchof*. *Chunradus Mautner*. *Peinhart* de *borhaim*. *Heinricus* filius ſuus. *Rapot* de *Engelhalming*. *Rugerus Nelzzo*. *Heinricus Chaik*. *Wolfkerus* de *Wart*. *Heinricus Gaeſtil*. *Chunradus poppenperger*. *Heinricus aſperger*. *Wernherus* de *Hergolfing*. *Otto* de *Rainhartsmaiz*. *Meingoz Vſel*. *Heinricus* de *Waldekk*. *Ditricus* de *Runting*. *Fridericus* de *Munſter* apud *Ried*. *Albertus* ibidem. *Exingoz* de *Peuzchoſen*. *Heinricus Schoeibing*. *Albertus* de *Ezzenpach*. *Chunradus* filius *Straubingarii* in *Ratiſpona*. *Heinricus* de *puch*. Quidam homo dictus *Epiſcopus de Munichdorf*.

Num. LXXV. Ratificatio Locationis Decimarum in *Achſpach*. An 1278.

Nos *Albinus* dei gratia abbas ecclesie ſ. Mauricii in *Altah*, et Conuentus ibidem, per preſentia notum facimus vniuerſis, quod nos ratam habemus et preſentibus approbamus locationem decime noſtre in *Achſpach*, ex illa parte danubii vbi ſita eſt capella ſancti Nicolay, factam, per dilectum confratrem noſtrum, Ch, prepoſitum in *Abtſperg*, *Marquardo* et *Alberoni* fratribus, ibidem reſidentibus, ſub hac forma, quatenus ipſi eandem recipiant ad tempora vite ſue. ſic, vt ipſi, uel

uel alter eorum exinde duos modios ſiliginis, et III. avene ſingulis annis ſoluant. Illis autem obeuntibus, uel id quod prehabitum eſt non ſoluentibus, ad nos fructus eiusdem decime libere reuertentur. Et euaneſcet locatio eis facta. Super hec preſens illis porrigimus inſtrumentum. Datum, Anno Domini, M.CC.LXX. octavo. VIII. Id Martii.

Num. LXXVI. Forma Compromiſſi ſuper quibusdam Decimis in Auſtria. Anno 1278.

Nos *Albinus* Dei gratia Abbas Eccleſie S. Mauricii in *Altah*, et Conuentus ibidem, notum facimus vniuerſis preſentia inſpecturis, quod licet dilectus in chriſto frater, Chunradus prepoſitus noſter in *Abtſperg*, decimas decem beneficiorum et dimidii in *Abtsdorf* inferiori, prope fluuium *Zaya*, in Judicio Domini noſtri *Rudolfi*, *ſereniſſimi Romanorum Regis* a *Rudolfo* milite, et fratribus ſuis dictis *trevvonibus*, qui eas injuſte occupauerant, ſententialiter euiciſſet, timens tamen ne per eosdem aut et per domnum *H. de Hauſpach*, a quo ſi dicebant easdem decimas feudaliter habuiſſe, in poſterum eccleſia noſtra occaſione huiusmodi grauaretur, vna cum dictis *Trevvonibus* *Heinricum de Lichtenſtein* velud in compoſitorem amicabilem compromiſit, qui recepta a partibus poteſtate arbitrium protulit in hunc modum. Vt nominata eccleſia noſtra decimas easdem iure perpetuo libere poſſideat ac quiete, noſque vice uerſa predium noſtrum in *Schönſtrazze*, *duas libras vviennenſium* ſingulis annis ſoluens, eisdem aſſignabitur, ac inſuper dabimus *vviennenſium decem libras*, de quibus ſimiliter aliam rem immobilem conparabunt. Ipſique tam predium in *Schönſtrazze*, quam poſſeſſionem ſic emptam a predicto Domno *Heinri*-

co feudaliter obtinebunt. Quibus pactis eſt etiam hoc adiectum, vt ſi uel ipſi, uel heredes eorum, vel quilibet extreneus cauſſam habens ab eis, ecclesiam noſtram ſuper eisdem decimis temptauerit moleſtare, ex tunc predicta bona ipſis nunc tradita ad nos licere reuertentur, ſalua nobis nichilominus iuſticia noſtra, in decimis ſic obtentis. Nos igitur ſperantes in hoc negotium eccleſie vtiliter eſſe geſtum, predictum arbitrium cum omnibus ſuis acceſſoriis ratum et gratum habemus, quod in hac parte per predictum prepoſitum noſtrum factum eſt legaliter approbantes. In quorum omnium robur et euidentiam, preſens inſtrumentum, noſtris ac predietorum nobilium, de *Lictenſtein* et de *Hauſpach*, ſigillis placuit conmuniri, teſtibus qui interfuerunt contractibus ſubnotatis. Qui ſunt hii &c. Datum Anno Domini, M.CC.LXX. octano VIII, Id. Martii.

Num. LXXVII. Delegata Poteſtas colligendi Cenſus per Decanatum Lenchofen. Anno 1279.

V (Volchmarus) Dei gratia abbas in *Altah* Dilecto ſibi *Meinbordo* Camerario in *Taimaring*. ſalutem omne bonum. Fidei tue committimus vt a Cenſualibus eccleſie noſtre per totum decanatum *Lenchofen* per duos annos continue ſubſequentes, colligere debeas nobis Cenſum, ſed ipſum nobis vel Cuſtodi noſtre eccleſie debes cum requiſitus fueris aſſignare. Datum Anno Domini. M.CC.LXXIX. in die beati Dyoniſii.

Num. LXXVIII. Jura aduocatiae emptae in Mundriching. circa An. 1281.

Cum nos *Volchmarus* abbas in *Altah* inferiori poſt emptam aduocatiam in *Mündeiching*. a *Dapifero de Ekkenmul* quoddam

dam ibi placitum haberemus ad exprimenda iura que per emptum ius aduocatale conſecuti fuimus homines eiusdem ville in *Mündriching* aſtrinximus iuramentis, qui ſub iuramenti relligione infraſcripta iura noſtram ibi habere eccclesiam ſunt confeſſi. Videlicet quod nos uel noſtri ibi habere debemus tria placita, in duobus prouidetur nobis a dote eccleſie per plebanum ſcilicet in paſca et in feſto S. Michaelis In tercio ſcilicet in pvrificatione tenetur nobis prouidere in expenſis villicus noſter in *Siſchofn*. Ad dicta autem placita tenentur uenire omnes homines eccleſie altahenſis, attinentes infra *ſuperiorem labaram*, et ciuitatem Ratisponam et omnes homines in aduocatia *dapiferi de Ekkenmvl* manentes, et iidem homines tenentur dare in quolibet placito, III. denarios. Inſuper *Hertwvicus* offiicialis in predicta villa *Mvndreiching* qui dicit ſe habere quoddam ius feodale. Soluens, *XXXVI. denarios*, tenetur intereſſe omnibus placitis que per nos uel noſtro nomine ibi fiunt. Huius feodi dimidiam partem habet *Albertus* dictus *Pvhveller* ciuis Ratiſponenſis. quam vendidit ei eo iure quo aliam partem habet. Inſuper ſentenciatum fuit coram nobis quod Camerarius a nobis pro colligendo cenſu noſtre eccleſie conſtitutus ſine omni offenſa Judicum, ſi neceſſe fuerit avferre poſſit, pignora ab eccleſie noſtre cenſualibus qui uel, que dare noluerint uel neglexerint, Sibi cenſum. et ſi in hoc aliquis obſtiterit per violenciam cenſum debet ſoluere duplicatum.

Num. LXXIX. Conventus Principum Imperii. circa An. 1298.

Subſcripti Principes interfuerunt Curie Domni *Alberti* Romanorum Regis quam inicio regiminis ſui apud *Nurnberch*

 cele-

celebrauit. Epiſcopus *Colonienſis*. Epiſcopus *Treuirenſis*. Epiſcopus *Saltzburgenſis*. Epiſcopus *Huntmoguntinenſis*. Epiſcopus *Babenbergenſis*. Epiſcopus *Herbipolenſis*. Epiſcopus *Conſtancienſis*, Epiſcopus *Baſilienſis*. Epiſcopus *Wurmacienſis*. Epiſcopus *brandeburgenſis*. Epiſcopus *alberſtatenſis*. Epiſcopus *Merſeburgenſis*. Epiſcopus *Naumburgenſis*. Epiſcopus *Friſingeuſis*. Epiſcopus *Ratisbonenſis*. Epiſcopus *Patauienſis*. Epiſcopus *Prixienſis*. Epiſcopus *Aiſtetenſis*. Epiſcopus *olmutzenſis*. frater *Antonius* Epiſcopus *Senonenſis*. Abbas *de Hirſuelden*. Abbas de *Fuld*. Abbas *Augienſis*. Abbas *Campidonenſis*. Frater Reg. *Dacie*. *Rex Bohemie*. *Comes Palatinus Reni dux Bavvarie*. cum fratre ſuo. *Marbhio Brandeburgenſis*. Duo Marchiones de *Brandeburch*: qui nuncupantur *cum ſagitta*. Dux *Karinthie*. Dux *Auſtrie*. Marchio *michſnenſis*. Dux *Saxonie*. Dux *Sueuie*. Lankrauius *turingie*. Dux Lankraui *Haſſie*. Dux *apulie*. Comes *Concie*. Comites in genere. CCC. LX. cum Baronibus et Liberis. Militum VI. milia et quingenti.

Num. LXXX. Renunciatio quorumdam Jurium. An. 1352.

Wir *Peter* von Gotes Genaden abbt ze Nydernaltah vnd vvir der Convent gemeinleich da ſelben veriehen offenbar an dieſem brie daz vvir vnſern lieben genedigen Heren den hochgeporn *phallenz grafen ze Reyn* vnd *Hertzogen in peyrn* entvvichen ſein vnd in gentzleich ledig lazzen haben mit gutleihem vvillen daz gericht ze *Helmerſperg* vnd die *May ſtevvr* vnd *Herbſt ſtevvr* in dem gericht ze *Landavv* die vvir ze Satzung inn gehaht haben. Vnd die noch bey anderer Satzung in vnſern briefen geſchriben ſtent alſo daz vvir hintz den oben genanten Stukken Fürbas chain anſprach mer ſchullen haben vnd darvber ze Vrchund geben vvir in diſen brief verſigelten mit vnſern Inſigeln.

Daz

Daz iſt geſchehen Milleſimo CCC. quinquageſimo ſecundo an ſant Lavvrentzen abent. *Haymo.*

Num. LXXXI. Diarium Itineris *Altmanni* Abbatis in Hannoniam, An. 1367.

Anno domini. M.CCC. LVII. domnus *Altmannus* Abbas in craſtino ſancti Lamperti epiſcopi arripuit iter in vno curru ad domnum ducem *Albertum* propter diuerſa mala quibus ecclesia Altahenſis tunc fuit perplexa aſſummens pro cappellano fratrem *Chunradum Pueckpergär* monachum et profeſſum eiuſdem monaſterii et tandem prenominatum ducem inuenit in prouincia dictam *Hönegavv* in ciuitate *chemnaten.* Prima die iuit vſque in P*ärbing.* Secunda die vſque in *Cholmuntz.* Tercia die vſque ad *nouum forum.* Quarta die vſque *ze langen zenden.* Quinta die videlicet in die ſancti Maurici vſque in *binskuem* et ibi oportebat eum manere vſque in terciam diem poſt prandium propter predones comitis de *Wirtenvverch* qui receſſerunt ab obſidione cuiuſdam caſtri quod fuit comitis de *Evverſtain* qui omnes ſibi occurrentes abſque vlla miſericordia ſpoliauerunt. Sexta die iuit vſque in *Piſcholfshaim.* Septima die vſpue in *Mümling.* Octava die usque in *Gemshaim.* Nona die vſque ad *Pallaigium* in *Maintz* et ibi dedit naute pro traductione quinque perſonarum et IIIIor. equorum et vno curru. XL. halenſes et ſtatim convenit unam uauem in *Maguntia* vſque *coloniam* pro octauo dimidio aureo et nauta expediuit omnes mutas ſev theloneos preter in *Popart*, vbi domnus abbas dedit pro muta ſeu theloneo. III. ſolidos halenſium breuium ſolidorum et ea die iuit vſque in *Pacharad.* Decima vſque *Lu-*

 celvvin-

celvvinter. Vndecima die vſque in *Perchen.* Duodecima die vſque *Aquisgranis.* Tercia decima die vſque in *Pilſen.* Quarta decima die vſque in *Genſ.* Quintadecima die vſque in *Holl.* Sexta decima die vſque in *perg.* Septima decima die vſque in *chemnaten.*

Redditus (Reditus) ſeu dicte prenominati abbatis in Wabariam. In die ſancti Maximiliani epiſcopi arripuit iter a *Chemnaten* et ea die iuit vſque in *Perg.* Secunda die vſque in *Prüchlen.* Tercia die vſque in *Mülnvvech.* Quarta die vſquē in *Pilſen.* Quinta die vſque *Aquisgranis.* Sexta die vſque *Perchen.* Septima die vſque *Coloniam* et ea die a Colonia vſque *Weiſſ* ad Pallagium et ibi tranſiuit renum et iuit in *Seyberkch.* Octaua die vſque in *hachenverckch.* Nona die vſque in *chirchpurkh.* Decima die vſque in *Genſhaim.* et nuncio qui oſtendit ſibi viam a *Colonia* vſque in *Maguncíam* dedit vnum aureum et prebendam. Vndecima die iuit vſqne in *Arnſtat.* Duodecima die vſque in *hervvipolim.* Quartadecima die vſque in *Pivvern.* Quintadecima die vsque in *Nürenberkch.* Sexta decima die usque in *Pollpavvern.* Septima decima die usque in *Rakkendorf.* Octaua decima die vſque in *ylchofen.* Nona decima die vsque Altah.

Num. LXXXII. Catalogi varii ad Saec. XIV. usque perducti.

NOMINA IMPERATORUM.

Impp.	*Regnauit annos,*
Pippinus filius Anchiſi - - - -	XXV.
Karolus filius eius - - - - -	XXVII.

Pip-

Pippinus	XXVII.
Karolus, Imperator magnus	XLVII.
Lvdvvicus Imperator	XXVI.
Lotharius Imperator	XV.
Lvdvvicus Imperator	XXV.
Karolus Imperator	VII.
Karolus Imperator tercius	VI.
Arnolfus Imperator	XIII.
Lvdvvicus Rex	XI.
Chvnradus primus rex	VII.
Heinricus *rex*	XVIII.
Otto magnus filius eius Imperator	XXXVIII.
Otto imperator	VIIII.
Otto imperator	XVIII.
Sanctus Heinricus Imperator	XXIII.
Chvnradus imperator	XV.
Heinricus pius imperator, filius eius	XVIII.
Heinricus imperator	XLVII.
Heinricus imperator	XVIIII.
Lotharius imperator	XIII.
Chvnradus rex	XV.
Fridericus imperator	XXXVIIII.
Heinricus imperator	VIII.
Phylippus rex frater eius	XII.
Otto imperator	XI.
Fridericus imperator	XXXVIII.
Willehelmus rex.	V.
*Rvc*hardus rex.	

NOMINA PONTIFICUM JVUAUENSIUM.

S. Rupertus epiſcopus.
S. Vitalis epiſcopus et abbas.
Anzologus epiſcopus et abbas.
Sauolus epiſcopus et abbas.
Ezzlo epiſcopus et abbas.
Flogibris epiſcopus et abbas.
Johannes epiſcopus et abbas.
S. Virgilius epiſcopus. M CC LXXXVIII. translatus eſt.
Peretricus epiſcopus et abbas.
Arn Archyepiſcopus et abbas.
Ammiloni archyepiſcopus et abbas.
Adalrammus archyep.
Livtprammus archyep.
Adalwinus archyep.
Adalbertus archyep.
Ditmarus archyep.
Pilgrimus archyep.
Vdalbertus archyep.
Egilolfus archyep.
Peroldus archyep.
Fridericus archyep.
Hertvvicus archyep.
Gvntherus archyep.
Ditmarus archyep.
Paldvvinus archyep.
Gebhardus archyep.
S. Thymo archyep. et Marrit.
Chvnradus archyep.
Eberhardus archyep.
Adalbertus archyep.
Chvnradus Magontinus aliquibus annis, poſt quem
Adalbertus predictus iterum reuocatur.
Eberhardus archyep. qui quondam Prixenſis.
Purchardus archyep.
Phylippus.
Vlricus archyep.
Wladizlaus archyep.
Fridericus archyep.
Rvdolfus archyep.
Chvnradus.
Fridericus archyep.
Hainricus archyep.

PATAVIENSES EPISCOPI.

Nomiua Epp.	*ſedit annos*	*menſes,*	*dies.*
Vivilo Archyepiſcopus	XXII.		
Anthelmus epiſcopus	VIIII.		

Wi-

Nomina Epp.	*ſedes,*	*menſes,*	*dies.*
Wiſiricus epiſcopus	VIII.		
Waldaricus epiſcopus	XXXI.		
Vrolſus epiſcopus	I.		
Hatto epiſcopus	XI.		
Rheinharius epiſcopus	XX.		
Hertvvicus epiſcopus	XXVI.		
Ermenricus epiſcopus	VIIII.		
Wichindus epiſcopus	I.		
Engilmarus epiſcopus	XXII.		
Rycharius epiſcopus	III.		
Pvrchardus epiſcopus	XII.		
Gvmpoldus epiſcopus	XVII.		
Gerhardus epiſcopus	XIIII.		
*A*dalbertus epiſcopus	XXV.		
Pilgrimus epiſcopus	XXVIIII.		
Chriſtianus epiſcopus	XXII.		
Perngerus epiſcopus	XXXIII.		
Egilbertus epiſcopus	XVIIII.		
Altmannus epiſcopus	XXVII.		
Vdalricus epiſcopus	XXXII.		
Reginmarus epiſcopus	XVII.		
Regenbertus epiſcopus	VIIII.		
Chvnradus epiſcopus, qui et Salz-*burgenſis* Archyep.	XVIII.		
Rubertus epiſcopus	I.	IIII.	III.
Albo electus	III.		
Heinricus epiſcopus	I.		
Theobaldus epiſcopus	XVIII.		

Nomina Epp.	*ſedit annos,*	*menſes,*	*dies.*
Wolfkerus epiſcopus, qui et patriarcha Aquilegienſis - - -	XIIII.		
Poppo epiſcopus - - - - - - - -	I. - -	III.	
Mangoldus epiſcopus - - - - - -	IX. - -	III.	
Vdalricus epiſcopus - - - -	VII. - -	VII.	
Gebhardus epiſcopus - - - - -	X. - -	VII.	
Rudgerus epiſcopus - - - - -	XVII.		
Perhtoldus epiſcopus - - - -	III. - -	VI.	
Otto epiſcopus - - - - - - -	XI. - -	I. -	XXVII.
Petrus epiſcopus - - - - - -	XIIII. - -	II.	
Wichardus - - - - - - - -	II.		
Gotfridus - - - - - - - - -	II.		
Werhardus epiſcopus - - - - - -			
Albertus epiſcopus - - - - - - -			
Gotfridus de Weizznek Epiſcopus -			

RATISPONENSES EPISCOPI.

Gaibaldus ep. ſed ann.	XXIIII.	Mychael ep. annis -	XXVIII.
Sintpertus ep. - - -	XXXIIII.	Wolfkangus ep. - -	XXII.
Adalvvinus ep. -	XXIIII.	Gebhardus ep. - -	XXVIII.
Patvricus ep. - - - -	XXX.	Gebhardus ep. - -	XIII.
Erchanfridus ep. - -	VIIII.	Gebhardus ep. - -	XXVII.
Embricho ep. - - - -	XXX.	Otto ep. - - - - - - -	XL.
Aſpertus ep. - - -	IIII.	Hertvvicus ep. - - -	XX.
Tvto ep. - - - - -	XXXV.	Chuno ep. - - - - -	V.
Yſangrimus ep. - -	XI.	Heinricus ep. - -	XXIII.
Gvntherus ep. menſibus	VI.	Hartvvicus ep. - -	VIIII.

Ebez

Eberhardus ep. - - - -	II.	Albertus ep. - - -	XIIII.
Chvno ep. - - -	XVIII.	Frater Albertus ep. - fere -	II.
Chvnradus ep. - -	XVIII.	Leo ep. - - - - - -	XV.
Chvnradus ep. - -	XXII.	Hainricus ſedit annis - -	X.
Sifridus ep. - - - -	XVIIII.	Chvnradus	
hic obiit anno. M.CC. XLVI.		Nycolaus.	

ISTI SUNT EPISCOPI BABENBERGENSES.

Nomina Epp.

Eberhardus epiſcopus ſedit annis XXXIIII.

Hermannus epiſcopus

Svvidgerus. ordinatur in papam anno Domini. M. XLVI. et dictus *eſt* Clemens II.

Hertvvicus. ordinatur anno. M. XL. VIII. ſedit annis. V.

*Adel*bero epiſcopus ſedit, annis. III.

Guntherus epiſcopus. annis. VIII. obiit anno. M. LXV.

Hermannus epiſcopus. annis. X.

Rupertus epiſcopus. annis. XXVII.

S. Otto ſedit annis. XXXVII. obiit M. C- XXXVIIII.

E..elbertus Epiſcopus. ſedit a.

Eberhardus epiſcopus. ſedit a. ob. M. C. LXX.

Otto epiſcopus ſedit a.

Tyemo epiſcopus annis. VII. ob. M. CC. II.

Chunradus electus. annum et dim.

*Ekke*bertus epiſcopus. annis. XXXVI. ob. M. CC. XXXVII.

Sifridvs electus } annis V.
Poppo electus }

Heinricus epiſcopus. annis. XVI.

Perhtoldus epiſcopus. annis.

Arnoldus epiſcopus. XIII.

Leupoldus. XIII. M. CCC. quarto obiit.

DIPLOMATARIUM MISCELLUM.

Num. I. Epiſtola Caroli M. Imp. ad Fulradum (Vrolfum) Abb. pro expeditione armata in Saxoniam circa An. 802.

In nomine patris, et filii, et ſpiritus ſancti, *Carolus* sereniſſimus auguſtus a deo coronatus, magnus, pacificus, Imperator. qui et per miſericordiam Dei. rex francorum et longobardorum, *fulrado* abbati. Notum ſit tibi quia placitum noſtrum generale, anno preſenti condictum habemus, infra ſaxoniam in orientali parte. ſuper fluuium *Rota* in loco que dicitur *ſtarasfurt*. quapropter precipimus tibi vt pleniter cum hominibus tuis bene armatis ac preparatis ad perdictum uenire debeas XII. Kal. Jul. quod eſt ſeptem diebus ante miſſam S. Johannis Baptiſte. Ita uero preparatus cum hominibus tuis ad predictum locum uenies, ut inde in quamcumque partem noſtra fuerit iuſſio et exercitaliter ire poſſis. id eſt cum armis, atque vtenſilibus, nec non et cetero inſtrumento bellico, in uictualibus et ueſtimentis, ita ut unuſquiſque cabalarius habeat ſcutum et lanceam et ſpatam, et ſemiſpatum, arcum et pharetras cum ſagittis, et in carris ueſtris utenſilia diuerſi generis, id eſt amiada (cuniada) et dolaturia, tarratros, aſſias, ſoſorios, palas ferreas, et cetera utenſilia que in hoſtem ſunt neceſſaria. Vtenſilia uero carris de illo placito in futurum ad tres menſes arma et ueſtimenta ad dimidium annum, et hoc omnino precipimus, ut obſeruare facietis, vt cum bona pace pergatis. ad locum predictum per quamcumque partem regni noſtri

ſtri itineris neſtri rectitudo nos ire fecerit, hoc eſt, ut preter herbam et ligna et aquam nihil de ceteris rebus tangere preſumatis et uniuſcuiusque veſtri homines, vna cum carris, et caballariis ſuis uadant et ſemper cum eis ſint uſque ad locum predictum qualiter abſencia domini locum non det hominibus eius mala faciendi. Bona vero tua ad placitum noſtrum nobis preſentare debes, nobis medio menſe Maio tranſmitte ad locum ubicumque tunc fuerimus ſi forte rectitudo itineris tui ita ſe conparet, ut nobis per te ipſum in profectione tua ea preſentare poſſis. Hoc magis optamus. Inde ut nullam negligentiam exinde *habeas*, ſicut (ſiquidem) gratiam noſtram uelis habere.

Num. II. Carolus M. largitur VI. Manſos in Auſtria apud Bieleha An. 811.

In nomine Patris et filii et Spiritus ſancti. Carolus Sereniſſimus Auguſtus a Deo coronatus, Magnus, Pacificus, Imperator Romanorum gubernans imperium, qui et per miſericordiam Dei Rex Francorum et Longobardorum.. Quicquid enim amorem omnipotentis Dei ad loca Sanctorum Venerabilium pro mercedis anime noſtre augmento concedimus vel confirmamus, hoc nobis procul dubio ad aeternam beatitudinem pertinere confidimus. Igitur notum ſit omnium fidelium noſtrorum magnitudini, praeſentium ſcilicet et futurorum, quoniam nos in Eleemoſyna noſtra ad deprecationem GEROLDI. Comitis fidelis noſtri cedimus atque confirmamus ad Monaſterium S. Mauritii quod eſt ſitum Ducatu Boiariorum in loco nuncupante *Altaha*, ubi *Orulphus* rector preeſſe videtur, locum quemdam in *Auaria*, ubi *Bielaha* fluuius Danubium ingreditur. Eſt autem eſtimatio illius loci, quaſi XL. manſorum. Qui lo-

eus ſub omni integritate partibus memorati Monaſterii per hanc noſtre auctoritatis largitionem vel confirmationem perperpetuis temporibus proficiat in augmentis. Precipientes ergo jubemus, et nullus quilibet fidelium noſtrorum memorato *Orulfo* Abbati, vel Succeſſoribus eius, aut monachis in memorato Monaſterio vitam degentibus ullam inquietudinem aut calumniam aut diminorationem de praedicto loco ullo unquam tempore facere preſumat, ſed perpetnis temporibus per hoc noſtre authoritatis preceptum vel largitatis donum robuſtiſſimo jure pars ipſius monaſterii teneat atque poſſideat. Et ut hec preceptio noſtra vel confirmatio noſtris vel ſuturis temporibus melius conſervetur, de Anulo noſtro ſubter ſigillare iuſſimus

Data VI. KL. decembris anno Xro propitio Imperii nri XII. regni vero in francia XLIIII. atque XXXVII. in Italia Indictione quinta. Actum *Aquiſgrani* palatio regio in dei nomine feliciter Amen.

Num. III. Communicatio Indulgentiarum facta ab Eccleſia Aquiſgranenſi.

Conventus Eccleſie in *Ach* concedit communionem orationum ſuarum, et indulgentiam quam *Leo* Papa III. contulit, qui eandem eccleſiam conſecravit, videlicet carrinam unam et annum iniuncte penitentie cum indulgentia CCCLXV. Epiſcoporum, qui conſecrationi dicte eccleſie interfuerunt, quorum quilibet carinnam contulit, et durat hec indulgentia octo diebus ante et poſt.

Num. IV.

Num. IV. Ludovicus pius Monaſterium in regiam tuitionem ſuſcipit. An. 821.

In nomine Domini Dei et Salvatoris noſtri JEſu Chriſti *Hludowicus* divina ordinante prouidentia Imperator Auguſtus. Notum ſit omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Vicariis Centenariis, vel reliquis agentibus preſentibus ſcilicet et futuris. Qualiter Vir Venerabilis *Teutpaldus* Abba ex monaſterio, quod eſt conſtructum in honore S. Mauricii martyris in loco qui dicitur *Altaha*, ad noſtram veniens preſentiam indicavit nobis, quod per defenſionem domni, et Genitoris noſtri *Caroli* Imperatoris, uſque in preſens tempus res et homines memorati Monaſterii quieti absque cuiuslibet iniuſta interpellatione reſediſſent. Petiitque ut nos eum cum rebus et hominibus ſupradicti Monaſterii ſimiliter ſub ſermone tuitionis noſtre ſuſciperemus. Quod nos libenti animo fecimus. Idcirco has litteras firmitatis noſtre ei conſcribere iuſſimus, per quas iubemus atque precipimus, ut nullus noſtrum aut iuniorum noſtrorum, neque ipſum *Teutpaldum* Abbatem, neque homines ſuos per quaslibes iniuſtas occaſiones vexare aut calumniam quamlibet ingerere preſumat, neque de rebus ſuis aut monaſterii ſui ad dominium eius legitime pertinentibus aliquid abſtrahere vel minuere, aut per uim tollere moliatur. *Sed liceat* illi in monaſterio ſuo et in poſſeſſionibus ad eum legitime pertinentibus quiete et absque perturbatione reſidere, et nobis ac filiis noſtris deſervire. Et ſi talis cauſa contra illum aut contra homines ſuos exorta fuerit, que abſque gravi, et iniquo diſpendio in patria illius definiri non poſſit, liceat illi et ſuis poteſtatem habere ad nos veniendi, ut in noſtra preſen-

tia

tia cauſa, que contra illum vel ſuos exorta fuerit, juſtum et legitimum terminum accipiat. Et ut hec auctoritas noſtris ſucceſſorumque noſtrorum temporibus firmiorem valeat obtinere vigorem, manu propria ſubter firmauimus, et de anulo noſtro eam juſſimus Sigillari.

(Monogramma) Signum Hludouici Sereniſſimi Imperatoris, Sigisbertus, ad vicem Fredegiſi Abbatis.

Data V. KL. Aug. anno Chriſto propitio Hludouici piiſſimi Auguſti octauo indict XIV. Actum *prumia* monaſterio in dei nomine feliciter Amen.

* Sigillum Tab. I. N. I.

Num. V. Confirmatio regia Bonorum in Auſtria An. 830.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei omnipotentis. *Hludovicus* divina largiente gratia Rex Baiariorum. Si igitur erga loca diuinis cultibus mancipata propter amorem Dei, eorumque in eisdem locis ſibi famulantibus beneficia opportuna largimur premium nobis apud Dominum in eterna beatitudine recipere confidimur. Proinde notum ſit omnibus fidelibus ſancte Dei Eccleſie, noſtrisque preſentibus ſcilicet et futuris, quia, Vir venerabilis *Cozbaldus ſacri palatii noſtri Summus Capellanus, et Abba* Monaſterii quod dicitur *Altaha*, quod eſt conſtructum in honore S. Mauritii martyris Chriſti, adiens excellentiam noſtram innotuit clementie noſtre qualiter poſtquam *terra Auarorum* ex parte ab auo noſtro Domno

Carolo

Carolo Imperatore capta fuiſſet, ipſius permiſſu atque conſenſu quedam res in ipſa *Marcha* ad jus regium pertinentes eidem monaſterio collate fuiſſent, quas etiam usque nunc predictum poſſedit Monaſterium. Sed quia auctoritas traditionis einde minime apparebat, deprecatus eſt idem *Gotsbaldus* Abba, ut noſtre auctoritatis largitionem atque confirmationem eidem daremus monaſterio per quam ipſas res in poſterum predictum monaſterium, ejusque rectores absque cuiuslibet impedimento, aut contradictione tenere, et dominare potuiſſet. Cujus deprecationem propter diuinum amorem et reverentiam ipſius ſancti loci libenter annuimus, et ipſas res perpetuo poſſidendas ſolenni datione eidem conceſſimus monaſterio, id eſt locum, qui nuncupatur *uvahouua*, qui terminatur a fonte riuuli, qui vocatur *Myſtrica* usque in eum locum ubi ipſi Dannbium influit, ac deinde tendit ſurſum in ripam Danubii uſque in *Bohbach*, et ultra *Bohbach* ſurſum uſque in verticem montis, qui nuncupatur *Ahornic*, nec non et alium locum nuncupatum *accuſſabah* juxta ripam Danubii, cuius menſura eſt in longitudine milliarium unum, et in latitudine ſimiliter, nec non et campum unum qui continet manſum unum, quem interiacet cauſa Friſingenſis Eccleſie. Has itaque res cum mancipiis, domibus edificiis, vineis terris, ſylvis pratis, paſcuis, aquis aquarumue decurſibus quantumcunque infra terminia predicta de eisdem rebus continetur, totum et ad integrnm in jus et dominationem predictae Eccleſie perpetualiter ad habendum conferimus. Ita videlicet, ut quicquid de ipſis, vel in ipſis rectores, et miniſtri ſupra memorate ſedis ob utilitatem et commoditatem ipſius Eccleſie facere, vel judicare voluerint, liberam habeant in omnibus

poteſtatem faciendi quicquid elegerint. Et ut hec auctoritas largitionis, atque confirmationis noſtre per curricula annorum inuiolabilem, atque inconuulſam obtineat firmitatem, manu propria ſubter firmauimus, et anuli noſtri inpreſſione ſignari juſſimus.

Adalleodus Diacon. ad vicem *Gozbaldi* recognoui. Datum prid. Non. Octobr. anno Chriſto propitio decimo ſeptimo Imperii Domni *Hludouici* Sereniſſimi Aug. an. V. regni noſtri. Indict. nona. Actum *ragenesburg* ciuitate. In Dei nomine feliciter. Amen.

Num. VI. Conceſſio Villæ Granesdorf in Auſtria. Anno 834.

In Nomine Domini Dei et Saluatoris noſtri Jeſu Chriſti. *Hludouicus* diuina ordinante prouidentia Imperator Auguſtus. Si petitionibus fidelium noſtrorum juſta petentium aurem ſerenitatis noſtre libenter accommodamus, et regium morem exercemus, eosque procul dubio deuotiores in noſtro habebimus obſequio. Quapropter comperiat omnium fidelium noſtrorum preſentium ſcilicet et futurorum induſtria, quia nos petenti cuidam Vaſallo fideli, & familiari noſtro *Patagero* conceſſimus ad proprium quandam Villam juris noſtri prope fluuium Eniſa in comitatu *Ketoldi* comitis que dicitur *Granesdorf*, que eſt ſita in parte *Sclauanorum* cum omnibus appenditiis ſuis, et de noſtro jure in jus et dominationem prefati viri ſemper ad habendum contulimus. Hanc Iaque Villam cum toto edificio, domibus, mancipiis, terris cultis, et incultis, pratis, paſcuis, ſyluis, aquis, aquarumue decurſibus, molendinis,

finis, adiacentiis, peruiis, exitibus, et regreſſibus, mobile, et immobile, queſitum, et ad inquirendum, totum et ad integrum, quantumcunque ad predictam Villam pertinere videtur, cum omni integritate eidem a preſenti die concedimus homini, et de jure noſtro in jus, et poteſtatem eius liberalitatis noſtre conferimus gratia. Ita videlicet, ut quicquid ab hodierno die et tempore, ipſe et ſucceſſores eius de predictis rebus, et mancipiis, vel de his que ad eas pertinent jure poteſtatiuo facere vel judicare voluerint, per hanc noſtre auctoritatis largitionem libero, in Dei nomine perfruantur *arbitrio* faciendi quicquid elegerint. Et hec auctoritas *largitionis* noſtre per curricula annorum Deo protegente *inuiolabilem*, atque inconuulſam obtineat firmitatem, manu *propria* ſubter firmamuimus, et anuli noſtri inpreſſione ſignari juſſimus.

(Monagrama) Signum *hludouici* ſereniſſimi imperatoris.
Durandus diaconus ad uicem *helisachar* recognoui

Data XII. Kl. Jan. Anno Chriſto propitio XXI. imperii Domini *hludouici* piiſſimi, auguſti indictione III. Actum in loco *aquisgrani* palacii in Dei nomine feliciter. Amen.

* Sigillum Tab. I. N. 2.

Num. VII. Conceſſio Villae Ingolſtat, et duarum Eccleſiarum cum Curte dominicata. Anno 840.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. *Hludouicus* diuina fauente gratia Rex. Cum regalis excellentia unius fidelis rationabilem petitionem ad effectum perducere ſatagit, non

non ſolum ipſius, ſed etiam cunctorum fidelium ſuorum animos ad fidelitatem debitam ſinceriſſime conſeruandam promptiores deuotioresque efficit, id circa notum eſſe uolumus cunctis fidelibus ſancte Dei Ecclesie, et Deo diſpenſante ſucceſſoribus noſtris, qualiter petente et ſuggerente *Gozbaldo* venerabili Abbate et fideli noſtro, complacuit nobis propter ſuum deuotiſſimum erga noſtre manſuetudinis obſequium, quasdam res proprietatis noſtre, que ſunt in villa que vocatur *Ingolderſtat*, et quas prefatus vir actenus in beneficium habuit, ei deinceps ad proprium per noſtre largitionis munificentiam concedere. Id ſunt Eccleſie due, curtis dominicata cum ceteris edificiis deſuper poſitis de terra arabili *jornales centum triginta* de pratis ubi poſſunt colligi, de feno *carrade quadringente.* Mancipia infra curtem inter pueros et feminas *genecias*, numero viginti duo. *Manſi* ſerviles veſtiti ad eandem curtem aſpicientes *viginti duo.* Sint manſorum duodecim. Unde etiam pro firmitatis ac majoris ſecuritatis ſtudio preſentem auctoritatem largitionis noſtre fieri juſſimus, per quam memorata Abbati rem ſuperius nominatam cum ſuis pertinentiis, campis ſcilicet, ſyluis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, molendinis, mobilibus atque immobilibus, ſervis quoque vel ancillis et quicquid ad eandem curtem juſte et legaliter pertinere dinoſcitur, et noſtri juris atque poteſtatis jure proprietatis eſt, totum et ad integrum quod ille ſicut prefati fuimus in beneficium habuit, largimur, de poteſtate noſtra in eius transfundimus dominationem jure proprietario ad habendum, ita ut ab hodierna die nulla perſona noſtris vel ſucceſſorum noſtrorum temporibus, aliquam ex his preſumat ei afferre inquietudinem, ſed per hoc noſtre donationis pre-

ceptum

ceptum hoc eum quiete tenere liceat. Et inde quicqnid elegerit, vel facere voluerit, liberam in Dei nomine in omnibus habeat poteſtatem faciendi. Et ut hec noſtre largitionis auctoritas inconuulſam obtineat firmitatem, manu propria ſubter eam firmavimus, et annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

(Monagrama) Signum *hludouici*glorioſiſſimi regis

Dominicus notarius ad uicem *radleici* recognoui data XV. Kld. Septembr anno Chriſto propitio VII. regni Domni *hludouici regis in* orientali francia indictione IIII. Actum *Heilicbrunno* palatio regio in Dei nomine feliciter amen.

Num. VIII. Regia Confirmatio Traditionis ab Abbate Gozbaldo factæ. Circa an. 841.

In nomine ſancte Trinitatis patris, et filii et ſpiritus ſancti unius omnipotentis Dei. Ego *Gozbaldus* Abbas, miſericordia Dei monaſterii, quod dicitur *Altah*, precor deuotionem omnium beniuolentium maxime preſentium, ut diligenter ac deuota intentione adtendant qualiter regalem munificentiam quam in minimo fidelium ſuorum Rex ſereniſſimus atque clementiſſimus *Ludvvicus iunior* prerogatiuo munere per ſuam magnam miſericordiam largiri dignatus eſt, in proprium et de ſuo iure in ius meum transfundere tradere uolo ſanctis Martiribus *feliciſſimo* et *Agapito*, quorum menbra a beatiſſimo papa *Gregorio* cauſa ſanctitatis accepi et in loco qui uocatur *Yſerhof*, deinceps eterna permanſione ſtabiliui primo in elemoſinam Domni mei *Ludvvici* Regis ſuorumque progenitorum atque

 pro-

prolis ſue ſecuture, omniumque debitorum ſuorum, deinde etiam pro remedio anime mee. Si tamen aliqua portiuncula in huiuſmodi largifluo munere Domni mei mihi humillimo contingit. Hec ſunt igitur res, quas mihi dedit, & quas trado, traditaſque in perpetuum eſſe uolo ſicut ipſius largitionis auctoritas, et incouuulſa firmitas, quam manu propria ſubter firmauit manifeſte demonſtrat, „ complacuit nobis, inqpit, pro-
„ pter ſuum deuotiſſimum erga noſtre manſuetudinis obſe-
„ quium quaſdam res proprietatis noſtre, que ſunt in uilla
„ que nocatur *Ingolſtat* et quas prefatus uir hactenus in bene-
„ ficium habuit ei deinceps ad proprium per noſtre largitio-
„ nis munificentiam concedere. Id ſunt Eccleſie due, Curtis
„ dominicata cum ceteris edificiis deſuper poſitis, de terra
„ arabili. Jornales C. XXX. de pratis ubi poſſunt colligi de
„ feno Carrade quadringente. Mancipia infra curtem inter
„ pueros et feminas genetias numero viginti duo. Manſi ſer-
„ uiles ueſtiti ad eandem Curtem aſpicientes XXII. Sindman-
„ norum XII. Unde etiam pro firmitatis ac maioris ſecurita-
„ tis ſtudio preſentem auctoritatem largitionis noſtre fieri iuſſi-
„ mus, per quam memorato Abbati rem ſuperius nominatam
„ cum ſuis pertinentiis, campis ſcilicet, ſiluis. Pratis. Paſcuis.
„ Aquis. Aquarumue decurſibus. Molendinis. mobilibus at-
„ que inmobilibus, ſeruis quoque uel ancillis, et quicquid ad
„ eandem Curtem iuſte legaliterque pertinere dinoſcitur, et
„ noſtri iuris atque poteſtatis, in re proprietatis eſt totum, et
„ ad integrum, quod ille ſicut prefati ſuimus in beneficium ha-
„ buit, largimur, et de poteſtate noſtra in eius transfundimus
„ dominationem iure proprietario ad habendum, ita ut ab ho-
„ dierna die nulla perſona noſtris uel ſucceſſorum noſtrorum

„ tem-

„ temporibus aliquam ex hiis preſumat ei inferre inquietudi-
„ nem, ſed per hoc noſtre donationis preceptum hoc eum
„ quiete tenere liceat, et inde quicquid elegerit uel facere
„ uoluerit, liberam in Dei nomine in omnibus habeat pote-
„ ſtatem faciendi. „ Has etenim res trado eo uidelicet teno-
re ut quamdiu uixero ad nutrimentum mei easdem ſine ulla contradicente perſona retineam et alias res de monaſterio cui Abbas preeſſe uideor hoc eſt *Altahe* per *preſtariam* acceptas ex conſilio et conſenſu fratrum Monachorum in locis ſubter adnotatis, ut et ipſas teneam quamdiu in preſentiarum alitum traham. Hec ſunt nomina locorum per *preſtariam* acceptorum, ſi tamen dominus meus rex ita uoluerit. Abſit ergo ut aliter uelim, quam illum qui mihi res condonauerat uelle cognouero, quoniam et tocius uite mee curricula cum conſilio, et deliberatione ſua diſponere Chriſto permittente deſidero. Cella *antiſna* cum ſuis adiacentiis, et traditio. *Gundbaldi* Comitis quam *Egino* filius ejus clericus in beneficio habuit ex monaſterio *Ataha*. Huius traditionis et preſtarii conditionis iſti Monachi ſunt teſtes et conſenſores extiterunt. *Oudalger* presbiter et monachus. *Adalhart* presbiter et monachus. *Ekgihart* presbiter et monachus. *Erich* presbiter et monachus. *Hunger* presbiter et monachus. *Wolfhart* presbiter et monachus. *Engilmut* presbiter et monachus. *Mandalger* presbiter et monachus. *Ebarolt* presbiter et monachus. *Gunzo* presbiter et monachus. *Erchanperht* diaconus et monachus. *Egino* diaconus et monachus. *Widhart* diaconus. *Hartiger* diaconus. *Huhuni* diaconus. *Libhart* diaconus. Iſti ſunt laici qui traditionem hanc uiderunt et audierunt, et per auriculas adtracti ſunt nec non condicionis *preſtarii* teſtes extiterunt. *Regino.*

Wal-

Waltilo. Richher. Adalger. Iſger. Rudolf. Meginhart. Folchart. Immo. Altar. Adalram. Lvodvvolt. Oudal. Albachd. Scahgo. Heimram. Gunzo. Ernuſt. Rvodgor. Matto. Arnamar. Paldram. Deotbat. Heriperht. Biricho. Sigibreh. Gundalbrecht. Egino. Mercho. Gerolt. Ratvvihg. Raffolt. Rudolf. Hiltipreht. Folcholt. Drudbrecht. Betirol. Regino. Eugilbolt. Iſaac. Altman. Rato. Gemmunt. Egilolf. Richolt. Thenil. Fizzilo. Bardrich. Theſin. Rvdolf. Gvnzo. Arhart. Ebralf. Meginolt. Walto. Vrolf. Berthelm. Willihelm. Heido. Iſti ſunt teſtes qui ueſtituram huius traditionis uiderunt res audierunt. L. *Irſino. Gotabecht. Oudal. Waſtrich. Hertvvich. Vothart. Iſangrim. Wentilger. Hitto. Hatto. Gvnzo. Qunbeht. Oudalger. Deotbolt. Madalbeht. Gvndhart. Grimheri. Wolfrat. Lantrich. Irminolt. Waltrich. Meiol. Hiltvvart. Rathelm. Gerhelm. Iſanger. Walach. Willihelm. Helfrich. Erfrich. Meginrich. Rvodhart. Rampreht. Hitto.*

Num. IX. Privilegium liberæ Electionis.
An. 749.

In nomine Sancte et individue Trinitatis. *Hludouicus* diuina fauente gratia Rex. Si petitiones Preſulum Sancte Dei Eccleſie juſte et rationabiliter aureas ſerenitatis noſtre petentium ad effectum perducimus, hoc nobis procul dubio ab eterna remuneratione premia capeſſenda profuturum liquido credimus. Quapropter notum ſit omnibus fidelibus Sancte Dei Eccleſie noſtrisque preſentibus ſcilicet et futuris qualiter Vir venerabilis *Gozbaldus Uuirziburgenſis* Eccleſie Episcopus noſtram adiens Serenitatem, poſtulans ut fratribus in Monaſterio S. Mauricii martyris Chriſti vocaculo

Alta-

Altahae conſiſtentibus, qui nunc ſub eius regimine Deo famulari noſcuntur, poſt illius transacte mortalis Vite terminum, ſi talis frater inter illos inueniri poterit, qui abbatis officio idonee et rationabiliter fungi valeat, eum eligendi noſtra eis licentia tribueretur. Cujus petitioni aurem manſuetudinis noſtre accommodantes hoc ita perdonaſſe per preſentem auctoritatem noſtram omnium fidelium noſtrorum cognoſcat magnitudo, ita tamen ut prefatum eſt. Si talis ſecundum regulam S. Benedicti abtrabilis et idoneus, tam in moribus, quam in ſcientia, ſeu ceteris bonis ornatus ad ſeruitium Dei omnipotentis ibi inuenitur, per prefati Venerabilis Epiſcopi petitionem et amorem adſenſum prebemus, ut eos melius delectet pro nobis proleque noſtra, et pro ſtatu totius regni noſtri Domni miſericordiam accentius exorare. Et ut noſtre largitionis Authoritas majorem obtineat Vigorem, manu propria noſtra ſubter firmauimus, et anuli noſtri impreſſione aſſignari juſſimus.

(Monogramma) Signum Domni *Hludowici* Sereniſſimi regis. *reginbertus* ad vicem *radlaici* recognoui. Data VIII. Idus Mar. Anno propitio Chriſto XIIII. regni Domni *Hludowici* glorioſiſſimi regis Orientalis Francia Indictione XII. Actum *reganesburg* civitate regia, in Dei nomine feliciter Amen.

Num. X. Licentia permutandi bona cum aliis. An. 851.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis *Hludewicus* diuina fauente gratia Rex. Si petionibus Preſulum ac ſeruorum Dei, juſte

et rationabiliter petentium aures ſerenitatis noſtre accommodamus, hoc nobis procul dubio a remuneratore omnium in eterna beatitudine credimus adſuturum. Quapropter noverit omnium fidelium ſancte Dei Eccleſie, noſtrorumque preſentium ſcilicet, et futurorum induſtria, quia Vir Venerabilis *Guozbaldus uuirzibergbnſis* Eccleſie Epiſcopus, nec non et rector monaſterii cui Vocabulum eſt *Altaha* noſtram adiit celſitudinem deprecans, ut ſibi noſtre munificentie preceptum fieri juberemus, ut ubicumque inuenire poſſet aliquas res et mancipia, que a nobilibus hominibus aptius, et congruentius ſuo monaſterio commutare ualeret, noſtre benignitatis auctoritate ſibi ſucceſſoribusque ſuis, et advocatis eorum licentia commutandi tribueretur. Et contra que a parte illius monaſterii dantur his qui cum eis commutare noluerint, ratum et ſtabilem perpetuo commutationem fieri, hac noſtra auctoritate decerneremus. Cuius petitioni, quia juſte et rationabiliter inde noſtram manſuetudinem ortatus eſt, ſicut unicuique fidelium noſtrarum rationabiliter petentium aurem benignitatis noſtre accommodamus, ita iſtius petitionem ad effectum dignum duximus, ſtatuentes, et deinceps quicquid pro utilitate iam dicti monaſterii preſatus Epiſcopus Succeſſoresque illius, et advocati illorum commutauerint in mancipiis cetterisque rebus, ſiluis, ſeu etiam territoriis, per hanc noſtre beneuolentie conceſſionem firmum, et inconuulſum perpetuo permaneant. Et ut nulli liceat illam commutationem infringere vel inrumpere aut infeſtare, ſed ut diximus quicquid pars altera alteri dederit ſtabilitum et incontaminatum futuris temporis conſiſtat. Illud tamen omnimodis precipientes, ut cum maxima cautela et diligentia conſidere-

tur,

tur, ne peius aut deterius vel minus in ullo iſto negotio parti et poteſtate preſato monaſterio ex illa commutatione proveniat. Et ut hec noſtre conceſſionis auctoritas firmiorem atque diutiorem obtineat uigorem, et a cunctis fidelibus ſancte Dei Ecleſie noſtriſque melius credatur, et diligentius conſeruetur manu propria noſtra ſubter firmauimus, et anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

(Monagramma) Signatum Domni *hludeuuici* ſereniſſimi regis. *reginbertus* diaconus ad uicem *radleici* recognovi. Data XI. Aprilis. Anno Chriſto propitio XVIIII. regni Domni *Hludeuuici* glorioſiſſimi regis in Orientali Francia. Indict. XIIII. Actum *radasbona* ciuitate in Dei nomine feliciter Amen.

Num. XI. Monaſterio firmatur defenſio regia. An. 857.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. *Hludouicus* diuina fauente gratia Rex. Si liberalitatis noſtre munere res ſancte Dei Eccleſie, et loca diuinis cultibus mancipata per adpetitiones fidelium noſtrorum noſtro releuemus iuuamine, atque regali tuemur munimine premium inde nobis apud Dominum eterne remunerationis procul dubio rependi non diffidimus. Proinde nouerit omnium fidelium noſtrorum tam preſentium ſcilicet quam et futurorum induſtria qualiter Vir quidam nomine *Otgarius* quem nos quidem ad monaſterium nomine *Altaha*, quod in honore S. Mauritii martyris Chriſti eſt conſtructum, Abbatem eſſe ſtatuimus, obtulit obtutibus noſtris non ſolum auctoritatem emunitatis beate memorie

Caroli aui noſtri auguſtiſſimi Imperatoris, ſed et *Thaſſionis* quondam Ducis in Ducatu Bauuarico ſuper eadem re literas oſtendit, in quibus continebatur inſertum, quod prefatum monaſterium ſub ſuo nomine et defenſione cum cellulis et locis ſibi ſubjectis rebus et hominibus et omnibus illic pertinentibus actenus ab inquietudine iudiciarie poteſtatis munitum atque defenſum firmiſſime fuiſſet. Unde etiam pro rei firmitate ſuggeſſit Vir prenominatus clementie noſtre, ut paternum ſeu predeceſſorum noſtrorum Regum, Videlicet morem ſequentes, huiusmodi noſtre emunitatis preceptum ob amorem Dei, et reuerentiam ipſius ſancti loci circa ipſum monaſterium conſcribere juberemus. Cuius petitioni libenter adquieſcentes hoc emunitatis noſtre preceptum erga ipſum monaſterium gratia tuitionis et defenſionis, ac pro diuini cultus amore, nec non et anime noſtre conſcribi decreuimus, per quod firmiter et omnibus modis imperamus ut nullus judex publicus uel quislibet ex judiciaria poteſtate aut ullus ex fidelibus noſtris tam preſentibus quam et futuris neque comites, neque centenarii neque exactores in Eccleſias aut loca vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones, quas moderno tempore in quibuslibet pagis uel territoriis infra ditionem regni noſtri iuſte et legaliter tenet ac poſſidet, uel etiam ea, que in jure ipſius monaſterii voluerit diuina pietas augeri, ad cauſas audiendas, uel feuda freda et tributa exigenda, aut fidei iuſſores tollendos, aut homines ipſius monaſterii tam ingenuos quam ſeruos, ſclauos et accolas ſuper terram ipſius commanentes, nec iuſte, nec iniuſte diſtringendo et nullas redhibitiones vel manſiones aut paratas faciendas aut inlicitas occaſiones

re-

inquirendas, noſtris nec futuris temporibus ingredi audeat, nec ea que ſupra commemorata ſunt, nullo unquam tempore exigere preſumat, ſed liceat memorato viro ſuisque ſucceſſoribus res predicti monaſterii cum omnibus rebus ſibi ſubiectis et hominibus, tam ingenuis, quam ſeruis, cuiuscunque ſint nationis, atque omnibus ad ſe pertinentibus uel aſpicientibus, ſub tuitionis, atque emunitatis noſtre defenſione, remota totius iudiciarie poteſtatis inquietudine, et uulgari appellatione quieto ordine ac tranquilla ſecuritate poſſidere. Et aduocati ipſius Eccleſie omnem cauſam inquirendam et diſcutiendam ipſi diiudicent, et finiant, et quicquid de prefatis rebus *Eccleſie* ius fiſci exigere poterat in integrum predicto Viro *Otgario*, ſuisque ſucceſſoribus conceſſimus, ſcilicet ut perpetuo tempore ei ad peragendum Dei ſeruitium augmentum et ſubplementum fiat. Et ut hec auctoritas emunitatis per futura tempora a cunctis fidelibus noſtris melius conſeruetur, veriusque credatur ſubter eam manu propria noſtra firmauimus, et impreſſione anuli noſtri aſſignari iuſſimus.

(Monograma) Signum *hludouuici* ſereniſſimi regis *hadebertus* ſubdiaconus ad uicem *grimoldi* archicappellani recognoui. Data XI. Kal. Mai anno XXV. regni *Hludouuici* Sereniſſimi Regis, in orientali Francia regnante, Indictione V. Actum in villa *Potamo*, in Dei nomine feliciter Amen.

Num. XII. Confirmatio cujusdam Traditionis. Anno 857.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. *Hludouicus* diuina fauente gratia Rex. Si loca diuinis cultibus conſecrata

noſtro releuemus iuuamine, et augmentum illis in rebus tranſitoriis impendimus, hoc nobis procul dubio profuturum eſſe liquido credimus. Quapropter notum ſit omnibus fidelibus ſancte Dei Eccleſie, noſtrisque preſentibus ſcilicet et futuris, qualiter nos ob petitionem *Eginulfi* fidelis noſtri quasdam res proprietatis noſtre, quas quondam *Reginbertus* et *Reginolfus* pater ſuus ſeruus noſter poſſidens incolebat, ad Monaſterium quod vocatur *Altaha*, cui *Otgarius* Abbas et rector preeſſe conſtituitur (cognoſcitur) ad proprium dedimus, datumque in perpetuum manſurum eſſe volumus, quicquid *Reginbertus* predictus, *et Reginolfus* pater ſuus noſter de noſtro iure habere viſus eſt. Sunt autem ipſe res in coniacentibus terminis prope monaſterium *Altaha* in pago *quuinzingevve* ſitum, in territorio quod eſt inter *Suueinaha* et Monaſterium *Altaha* contiguum. Sed pro integra firmitate petiit prefatus *Otgarius* noſtre auctoritatis preceptum ſuper hac re ſibi conſcribi, cuius petitioni libenter annuimus, et hoc preceptum noſtre donationis ſcribere iuſſimus, per quod precipientes imperamus, ut res ſuperius comprehenſe, iure firmiſſimo in poteſtte eiusdem *Otgarii*, ſucceſſorumque ipſius perpetualiter ſine ulla contradictione inconuulſe permaneant. Et quicquid inde elegerit faciendum, plenariam deinceps et liberam faciendi poteſtatem habeat. Et ut hec auctoritas noſtre largitionis firmiorem obtineat vigorem, veriusque credatur, atque diligentius conſeruetur, manu propria noſtra ſubter eam firmauimus, et ſigilli noſtri impreſſione aſſignari juſſimus. Data XV. Kal. Septembr. Anno Chriſto propitio XXV. regni *Hludouici* ſereniſſimi Regis in orientali Francia regnante. In-

dictio-

dictione V. Actum in ciuitate *Radesbona*, in Dei nomine feliciter Amen.

* Ex Hundio.

Num. XIII. Traditio Brivvini Ducis regia authoritate firmetur. An. 860.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. *Hludowuicus* diuina fauente gratia Rex. Si enim ea que fideles regni noſtri pro eorum oportunitatibus nos deprecati fuerint, implere ſtuduerimus, non ſolum regium morem decenter implemus verum etiam eos procul dubio fideliores ac deuotiores in noſtro efficimus ſeruitio, et ad eternam vitam feliciter optinendam profuturum liquido credimus. Quapropter comperiat omnium fidelium noſtrorum preſentium ſcilicet et futurorum ſollertia, qualiter *Briuuinus fidelis Dux* noſter veniens in procerum noſtrorum preſentiam poſtulauit ſerenitatem noſtram, ut de rebus proprietatis ſue, quas ei in proprietatem conceſſimus, liceret ei partem aliquam ob memoriam eius dare ad S. Mauricium, et ad *Monaſterium noſtrum Altaha*, cui tempore illo *Otgarius* Abba preeſſe videbatur et rector, cuius petitioni libenti animo aſſenſum prebentes decreuimus ita fieri. Dedit itaque *Briuuinus* fidelis Dux noſter cum conſenſu et licentia noſtra ad prefatum monaſterium S. Mauricii martyris Chriſti de ſua proprietate in ſuo Ducatu quicquid habuit ad *ſalapiugiti* infra terminos iſtos. In orientem ultra *ſalam* fluuiolum usque in *Slougenzin Marchan* et *Streſmaren*, et ſic ſurſum per *ſalam* uſque ad *uuualtungesbah*, et ſic inde uſque in *Hrabagiskeit* et ad *Chirihſtetin*. Poſtea vero predictus fidelis Abba noſter

Otga-

Otgarius deprecatus eſt celſitudinem noſtram, ut eaſdem res per noſtre auctoritatis preceptum confirmaſſemus. Cuius petitioni ob honorem Dei et S. Mauricii militis chriſti, et bonum illius ſeruitium libenti animo aſſenſum prebuimus. Et hoc ei noſtre authoritatis preceptum fieri iuſſimus, per quod decernimus atque iubemus, ut ſicut predicti termini in predictis locis diffiniti ſunt, ita deinceps ad jam dictum monaſterium per hoc noſtre auctoritatis preceptum ipſe res nullo inquietante ſed Deo auxiliante perpetuis temporibus conſiſtant in proprium. Et ut hac authoritas largitionis noſtre firmior habeatur, et per futura tempora a fidelibus noſtris verius credatur, et diligentius obſeruetur, manu propria noſtra ſubter eam firmauimus et anuli noſtri impreſſione roborare iuſſimus.

(Monograma) Signum *Hludowici* Sereniſſimi Regis.

Hebarhardus Notarius ad uicem *uuitgarii* recognoui.

regnante Indictione. VIII.

Data X. Kl. marcias Anno Chriſto propitio XXVIII. regni Domni *Hludowici* ſereniſſimi Regis in orientali francia

Actum *Reganesburuc* ciuitate regia in Dei nomine feliciter Amen.

Num. XIV. Poſſeſſio quorumdam Bonorum in Auſtria denuo non confirmatur. An. 863.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis *Hludowicus* diuina fauente gratia Rex. Si liberalitatis noſtre munere locis Deo dicatis quiddam conferimus beneficii et neceſſitates Eccleſiaſticas noſtre releuamus iuuamine atque regali tuemur mu-

nimine

nimine, id nobis et ad mortalem uitam temporaliter tranſigendam, et ad eternam feliciter obtinendam profuturum liquido credimus. quapropter comperiat omnium fidelium noſtrorum preſentium ſcilicet et futurorum ſollertia qualiter uenerabilis Abba noſter *Otgarius* adiit celſitudinem noſtram humiliter implorans, ut quasdam res proprietatis noſtre ad monaſterium quod uocatur *Altaha* conſtructum in honore S. Mauritii in proprium concediſſemus. Nos itaque petitioni ipſius libenti animo aſſenſum prebuimus, et conceſſimus quasdam res proprietatis noſtre ad monaſterium *Altah*, id eſt uillam que vocatur *nabauuinida* iuxta riuulum *Frebinam*. Ammonuit etiam Celſitudinem noſtram predictus Abba, qualiter *Domnus* Auus noſter *Carolus* licentiam tribuit ſuis fidelibus in augmentatione rerum Eccleſiarum Dei in *Pannonia* carpere et poſſidere hereditatem. quod per licentiam ipſius in multis locis, et ad iſtud etiam monaſterium factum eſſe dinoſcitur. Fuerunt namque in ueſtitura predicti monaſterii quedam loca nomine *Scalcobah*, ſicut ipſe riuulus fluit in occidentalem partem uſque in *Bagodeos Marcha*, et inde in orientalem plagam uſque in *ruzaramarcha* atque in locum quem uocant *Cidalaribah* in ſaltu *Eniſe* fluuii, qui coniacet inter *Danubium* et *Ibyſam* atque *Hurulam* in meridianam partem, uſque in uerticem montis et ad *Biugin* manſos quinque et quicquid ad predictas uillas pertinet, hoc eſt in mancipiis, edificiis, terris, cultis et incultis, uineis, pratis, ſiluis, uenationibus, paſcuis, aquis, aquarumue decurſibus. Licet itaque fuiſſent in ueſtitura predicte res ad preſcriptum monaſterium, tamen non ibi erant confirmate per ullius auctoritatis preceptum. Qua de re commoniti hos noſtre auctoritatis apices

Q fieri

fieri iuſſimus, per quos decernimus atque iubemus, et predicte res cum omnibus prenominatis ad preſcriptum monaſterium *Altaha* in noſtra eleemoſyna atque in remedio animarum anteceſſorum noſtrorum inuiolabiliter perennis temporibus permaneant, nullo contradicente. Et ut hec auctoritas largitionis noſtre firmior habeatur et per futura tempora a fidelibus noſtris uerius credatur et diligentius obſervetur, manu propria noſtra ſubter eam firmauimus, et anuli noſtri impreſſione aſſignari iuſſimus.

(Monograma) Signum domni *hludouuici* ſereniſſimi regis. *hebarhardus* notarius ad uicem grimaldi archicappellani recognoui.

Data XVI. Kl. Jul. anno Chriſto propitio XXXI. regni domni *Hludouuici* ſereniſſimi regis in orientali francia regnante Indict. X.

Actum *hoſtermontinga* uilla regia in dei nomine feliciter amen.

* Sigillum Tab. I. N. 5.

Num. XV. Traditio quorumdam Bonorum, et confirmata facultas libere Electionis. An. 865.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. *Hludouuicus* diuina fauente gratia Rex. oportet igitur nos, qui diuino ſumus munere quoddammodo pre ceteris mortalibus ſublimat, eius in omnibus parere preceptis, cuius clementia prelati ſumus, atque cuius precellimus munere, loca utique ſibi ſacrata per appetitiones fidelium noſtrorum noſtro releuari iuuamine, atque

que regali tueri munimine, atque in eis qui ibi Domino famulantur, munificentiam noſtre largitionis clementer impendere, quoniam id nobis et ad mortalem vitam temporaliter tranſigendam, et ad eternam feliciter obtinendam profuturum liquido credimus. Quapropter comperiat omnium fidelium noſtrorum preſentium ſcilicet et futurorum ſollertia qualiter venerabilis *Otgarius* Abba et vocatus Epiſcopus adiit celſitudinem noſtram deprecans, ut ob mercedis noſtre augmentum, loca quedam pertinentia ad ſuum monaſterium *Altaha*, que ille una cum communi conſilio fratrum ad illorum uſus neceſſarios deſeruire conſtituit, nec non etiam que antea habuerunt, quorum locorum nomina hic ſnbter-tenentur, inſcripta, per noſtre auctoritatis preceptum eis perpetualiter habere concederemus. Cuius petitioni ab amorem Domini noſtri Jeſu Chriſti libenti animo aſſenſum prebentes decreuimus ita fieri. Conceſſimus itaque preſcriptis fratribus conſiſtentibus in monaſterio *Altaha* ad illorum uſus neceſſarios res, quas antea habuerunt in iſtis locis, quorum nomina ſunt, *Buohhof. Heidolfinga. Oparinhuſa. Bogama* cum *Anſolfinga Urbah*, et illuc pertinent cum *Scellinaha Mulibeim.* Nec non etiam eas res, quas venerabilis *Otgarius* Abbas ibidem ad illorum uſus neceſſarios poſtea per noſtram licentiam adauxit in iſtis locis, quorum nomina ſunt, *Altdorf* cum *niuiunhuſa* et ad *Walde*, poſt obitum *Odali, Zullinga*, cum *Uſterlinga, Smidaha* cum decem uineis ad *Wahouua*, ad *bnohhe*, poſt obitum *Flemari*, et loca que *Richoni* et *Rihhardo* ad obedientiam commendata ſunt poſt obitum amborum. Et quod *Heripertus* habuit, poſt obitum eius et coniugis ſue, atque tertiam partem ſalis ad ſalinas. Et ſi deinceps aliquis res ſuas ad prefatum

monaſterium tradiderit, in predictorum fratrum redigatur ſeruitium. Has itaque preſcriptas res cum omni Integritate in predictorum fratrum ſeruitio perpetualiter per hoc noſtre auctoritatis preceptum plenius in Dei nomine confirmatum permanere concedimus, ea videlicet ratione ut nullus ex ſucceſſoribus noſtris inde quippiam auferre preſumat, nec Abbas, neque alia qualibet oppoſita perſona, ſed absque alicuius moleſtia vel inquietudine easdem res ad illorum ſeruitium perpetualiter habeant, teneant, atque poſſideant. Relique vero res ubicunque ſint pertinentes ad monaſterium *Altaha* ſub dominio et gubernatione Abbatis exiſtant, quem ipſi fratres ſecundum regulam ſci *Benedicti* elegerint. Et ut hac auctoritas largitionis noſtre firmiter habeatur, et per futura tempora a fidelibus noſtris uerius credatur, et diligentius obſeruetur, manu propria noſtra ſubter eam firmauimus et anuli noſtri inpreſſione aſſignari iuſſimus, nec non per manus Karlomanni roborari fecimus.

(Monogramma) Signum domni *hludouuici* ſereniſſimi regis.

(L.S.)

(Monogramma) Signum *Karlomanni S.Hebarhardus* notarius ad uicem *Grimaldi* recognoui. Data XV. Kl. Jan. anno Chriſto propitio XXXIII. regni domni *hludouuici* ſereniſſimi regis in orientali francia regnante. Indictione XII.

Actum *Altaha* monaſterium In dei nomine feliciter AMEN.

Num.

Num. XVI. Conceſſio Uſusfructus, Jure proprietatis ad Monaſterium tranſlato. An. 883.

In nomine ſancte et individue Trinitatis. *Carolus* diuina fauente gratia Imperator Auguſtus. Notum ſit omnibus ſancte Dei Eccleſię fidelibus, noſtriſque preſentibus ſcilicet futuris, qualiter nos cuidam monacho nomine *Richo* ex monaſterio quod dicitur *Altaha*, et cuidam preſpitero nomine *Richart*, beneficium quod ab eodem monaſterio viſi ſunt habere diebus vite illorum, ſub uſu fructuario in proprietatem conceſſimus, hoc eſt in villa *Winchilinga* et *Tvomthorf* et in *Ottilinga* et *Schvveinaha*. Ideoque hoc noſtre auctoritatis preceptum eius inde conſcribi iuſſimus, per quod decernimus atque iubemus, ut prefati homines *Richo* et *Richart* predictus res diebus vite illorum ſub uſu fructuario teneant atque poſſideant. Poſt illorum vero obitum ad idem monaſterium cum omni integritate earum reuertantur, ad luminaria facienda, et ad ſtipendia fratrum ibidem Deo famulantium. Et ut hoc noſtre auctoritatis preceptum verius credatur, et diligentius obſeruetur de anulo noſtro ſubter iuſſimus inſigniri.

Waldo Cancellarius ad uicem *Livthardi* archicancelarii recognoui.

data IV. Non. April. anno ob incarnatione Domini DCCCLXXXIII. Indict. I. anno Imperii *Caroli* Imperatoris III. Actum in *Regenſpurg*, in Dei nomine feliciter Amen.

Num. XVII. Commutatio Feudi in Allodium An. 890.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. *Arnolfus* diuina fauente gratia Rex. Si pauperum noſtrorum deuote fideliterque die et nocte nobis ſeruientium curam gerimus, premia vite eterne inde nobis prouenire minime dubitamus. Quapropter omnium fidelium noſtrorum preſentium ſcilicet et futurorum cognoſcat prudentia, qualiter nos rogatu et deprecatione procerum fideliumque noſtrorum, ſeu etiam pro merito aſſidui et fidelis ſeruitii ſui, cuidam artifici noſtro nomine *Copreht* quasdam res proprietatis noſtre in proprium conceſſimus, hoc eſt in comitatu *Chuniperti*, in pago *Thuonahgovve*, in loco *Simplicko*, quicquid *Wichad* et *Battc* et *Nanzo* antea, et iſte hactenus in beneficium ibi habuerunt, totum ei in proprium donauimus, cum curtilibus et edificiis, cum mancipiis omnibus utriusque ſexus, cum terris, agris, campis, cultis, vel incultis, pratis, paſcuis, ſyluis, aquis, aquarumque decurſibus, molinis, vel molinarum locis, piſcationibus, viis, et inviis, exitibus et regreſſibus, mobilibus, vel inmobilibus, queſitis, vel inquirendis, et cum omnibus iuſte et legitime ad ipſum locum, quem prefati homines, et iſte memoratus *Coprekt* ibi in beneficium habuerunt, pertinentibus, vel aſpicientibus in perpetuam proprietatem, per hoc preſens auctoritatis noſtre preceptum donamus et tradimus, ut ab hodierna die de his omnibus ſecuram et firmiſſimam habeant poteſtatem tenendi, donandi, vendendi, commutandi, vel quicquid ſibi placuerit faciendi. Et ut verius credatur, et diligentius conſeruetur, manu

manu propria hoc noſtra ſubter confirmavimus, et ſigillo noſtro aſſignari iuſſimus.

(Monograma) Signum domni *Arnolfi* ſereniſſimi Regis.

Aſpertus Cancellarius ad vicem *Deotmari* Archieappellani recognoui.

Data XVII. Kal. Mai. Anno dominice Incarnationis DCCCXC. Indictione VII. Anno autem III. regni Domni *Arnolfi* ſereniſſimi regis, actum *reganesburcg* in chriſti nomine feliciter *amen.*

* Sigillum Tab., I. N. 8.

Num. XVIII. Alia commutatio Feudi in Allodium. Anno 898.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis *Arnulfus* diuina fauente gratia Imperator Auguſtus. Nouerit omnium ſancte Dei Eccleſie fidelium, noſtrorumque, tam preſentium ſcilicet, quam et futurorum ſagacitas, quia nos per interventum venerabilis ac dilecti Epiſcopi noſtri *Engilmari*, cuidam fideli operario noſtro nomine *Copreht* quasdam res proprietatis noſtre in proprinm conceſſimus, hoc eſt in pago *Tuonchgouue*, in comitatu *Paponis Comitis* noſtri, in loco nuncupato *ſtrupinga* conceſſimus ei Hobam, quam ſeruus noſter *Tati* inibi habere viſus eſt, cum omnibus juſte et legitime illuc pertinentibus edificiis, terris, agris, cultis uel incultis, campis, pratis, paſcuis, ſyluis, viis et inuiis, aquis, aquarumue decurſibus,

bus, exitibus et reditibus, queſitis vel inquiſitis, totum quicquid ipſe *Tati* ibi habere dinoſcitur, per omnia, nihhil extra dimittentes, quin ſibi in proprietatem traderemus. Et juſſimus ei inde hanc noſtram ſcribi auctoritatem, per quam volumus, firmiſſimeque iubemus, ut iam dictus copertus de ſupra nominatis rebus omnibus licentiam ex noſtra habeat donatione preſcriptam cauſam ſibimet tenendi, donandi, tradendi, commutandi, vendendi, vel quicquid ſibi placuerit faciendi ſine ullius contradicentis obſtaculo. Et ut hec donationis et largitionis noſtre auctoritas firmior habeatur, et per futura tempora a cunctis fidelibus noſtris verius ac certius credatur. ac diligentius obſeruetur, manu propria noſtra ſubtus eam firmauimus, et anuli noſtri inpreſſione aſſigillari juſſimus.

(monograma) Signum domni *arnulſi* inuictiſſimi imperatoris auguſti.

Engilbero notarius ad uicem *theotmari* archicappellani recognoui.

Data III non *mai* anno Dominice incarnationis DCCC XCVIII indictione XV anno uero regni Domni regis *arnulſi* X Imperii II Actum ad curtem *felda* in dei nomine feliciter amen.

* Sigillum tab. I. N. 10.

Num. XIX. Poſſeſſio loci Rucinbura Monaſterio adverſus Aemuloe firmatur. An. 905.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis *Hludouicus* diuina fauente gratia Rex. Si loca diuinis cultibus mancipata liberali-

beralitatis noſtre iuuamine releuemus, et erga ea paterno more beneuolentiam noſtram oſtendimus, manſura nobis gaudia inde provenire poſſe non dubitamus. Idcirco notum eſſe volumus cunctis ſancte Eccleſie fidelibus tam preſentibus quam futuris, quoniam noſtris innotuit auribus, quasdam res de Monaſterio S. Mauritii, quod dicitur *Altaha*, in loco *Bucinbura* in *Suvainahgovve* conſtituto, per quorundam prauam machinationem, et iniquam ſubreptionem eſſe abſtractas, quamuis legitimus eiusdem Domus Dei advocatus nomine *Herioldt* eas iuramento facto ad idem monaſterium rite pertinere debere affirmando comprobaret. Sed ne per huiuscemodi iniquitatem vel *maliuolorum* fraudulentiam id ipſum Cenobium preſcriptis *rebus* falſitatis ingenio iniuſte priuaretur, per honorabiles Dei ſeruos *Erchanboldum*, *Zachariam*, *Tutonem* videlicet, et *Burchardum* Epiſcopos, *Luitboldum* quoque *Sighartum* atque *Iringum* comites, ceterosque natu maiores et conſiliarios noſtros fideliter admoniti, pro beate memorie preceſſorum noſtrorum eterna liberatione, animeque noſtre remedio predictum locum, id eſt *Bucinbura* cum attinentiis ſuis per hanc noſtre auctoritatis paginam in jus et dominium memorati monaſterii reddimus, tradimus, atque firmamus, ea duntaxat ratione, ne quisquam omnino temeraria preſumptione aliquam infeſtationis moleſtiam ipſi monaſterio eiusque prouiſoribus pro hisdem *rebus* ulterius ingerere prevaleat. Sed omni remota aduerſantium inquietudine, et iniuſta exactione per infinita mundi curricula ſub iure et dominatione eiusdem ſacroſancti Chriſti martyris Mauritii ſecure eedem res ex integro per hoc preſens celſitudinis noſtre preceptum conſiſtant, atque permaneant. Et ut hac confirmationis atque conceſſionis noſtre nullo

R impe-

impediente, ſed Deo auxiliante perpetuis temporibus inuiolabili ſtabilitate roboretur auctoritas, manus noſtre ſubſcriptione eam confirmantes, anulo noſtro iuſſimus inſigniri.

Eginpero Notarius ad uicem *Ditmari* archicapellani recognoui. Data XVI. Kal. Martii, Anno incarnationis Dominice DCCCCV. Indict. VIII. anno vero ſeptimo glorioſi Regis *Hludouici*. Actum *Regino* ciuitate in Dei nomine feliciter Amen.

Num. XX. Commutatio quorumdam Poſſeſſionum regia authoritate firmatur. An. 905.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. *Hludouicus* diuina fauente clementia Rex. Omne ſcilicet quod inter duas partes ſani conſilii utriusque compendii diffinitum fuerit, prodeſſe propter euitanda futura maliuolorum jurgia conſcriptionis vinculo obligare. Et ideo cuncti fideles noſtri preſentes videlicet et futuri cognoſcant, qualiter quidam liber homo nomine *Ioperht* per licentiam noſtram, et conſenſum *Tutonis* venerabilis Epiſcopi tradidit proprietatem ſuam quam habuit ad *ſtrubingun* et *Simplicham* ad S. Mauritium hoc ad monaſterium quod dicitur *Altaha*, complacitauit ſibi uxorique ſue *Vaſtrade* de rebus eiusdem Matris locum *oetilinga* (Itling) nuncupatum, quamdiu viuerent retinendum, quo peracto duas chartulas pari tenore conſcriptas inde fieri iuſſimus hoc modo, in quibus continetur. Tradidit igitur quidam liber nomine *Iopehrt* ad S. Mauritium proprietatem ſuam, quam habuit in duobus locis *Strubinga* et *Simplicha* nominatis, cum edificiis, curtilibus, terris, pratis, paſcuis, ſiluis, aquis, molendinis, et omnibus

ad

ad eadem loca jure pertinentibus, cum mancipiis etiam decem ita nominatis, *Adalrich*, *Dimo*, *Diotuni*, *Pero*, *Snelhart*, *Eringoz*, *Gotalint*, *Irminiſvvint*, *Willobirch*, *Liutker*, in perpetuam proprietatem in manum ſcilicet *Herigoldi* Aduocati. Econtra vero juſſu ex noſtro, preſente iam dicto Epiſcopo, et ceteris fidelibus noſtris, eodemque Aduocato retradente, accepit idem *Joperkt* de rebus S. Mauritii locum qui dicitur Otilinga cum Eccleſia et ceteris edificiis, manſisque duobus et molina una, omnibusque mancipiis ad idem beneficium pertinentibus, exceptis eis, ſi qua in curte aliqua ad opus noſtrum pertinente utiliter coniuncta fuerint ut hoc poteſtatiue utatur uſu fructuario, uſqne ad obitum ſuum, et *Vaſtrade* uxoris ſue. *Poſt diſceſſum* vero amborum, utraque res, id eſt proprietas, *quam* dedit, et beneficium quod accepit, in ius et poteſtatem predicti monaſterii cum omni integritate redeant nullo obſiſtente, nemine contradicente. Juſſimus enim hoc preſens regalitatis noſtre preceptum exinde conſcribi, ut eadem complacitatio ita per omnia ſemper firma et incorrupta, ſicut hic et in chartis habetur, perſiſtat. Et ut hec auctoritas noſtra inuiolabilem obtineat ſtabilitatis firmitudinem, et a cunctis fidelibus noſtris verius credatur, et diligentius obſeruetur, manu propria noſtra ſubtus eam roborantes, anuloque noſtro iuſſimus ſigillari.

Signum Domni *hludouuici* piiſſimi regis.

Data III. Kal. majar. die anno dominice incarnationis. DCCCCV. indict. VIII. anno uero regni pii regis *hludouuici*. VII. Actum *regina* ciuitate in Chriſti nomine feliciter amen.

Num. XXI. Traditio Areæ in Urbe Ratisbonenſi. Anno 1002.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. *Henricus* diuina fauente clementia Rex. Notum ſit omnibus fidelibus noſtris preſentibus ſcilicet et futuris, qualiter nos piam *Godehardi* Abbatis intendentes petitionem, quia nobis fideliter ſeruiuit, et dignus quem beneficiaremur fuit, quandam noſtri juris aream infra muros urbis Radesponenſis ſitam, habentem in latitudine pedes XL. et in longitudine octoginta que ex una parte platee que ducit ad flumen, ex altera vero parte aree cuiusdam hominis nomine *Ruozi* collimitat, monaſterio S. Mauritii, cui idem venerabilis Abbas in loco qui dicitur *Altaha* preeſſe dinoſcitur, jure perpetuo retinendam per hoc regale preceptum contulimus, cum terminis ſuis, exitibus quoque et reditibus, ſiue ceteris, que quolibet modo vocari juſte et legaliter poſſunt, appenditiis, ea ratione, quatinus prefatus Abbas *Godehardus*, ſiue ſucceſſeres eius, liberam deinceps de eadem area habeant poteſtatem poſſidendi, vel quicquid pro utilitatibus monaſterii illis libeat poteſtatiue faciendi: Et ut hec noſtre traditionis auctoritas ſtabilis et inconuulſa permaneat, manu propria eam roborantes ſigillari noſtra imagine juſſimus.

Signum domni *Heinrici* regis inuictiſſimi.

Data III. Idus Julii, anno dominice incarnationis MII. Indict. XV. anno vero Domini *Henrici* Regis I. Actum *Babenberch* in Dei nomine feliciter, Amen.

Num. XXII. Monaſterium cum Poſſeſſionibus ſuis in regiam Tuitionem ſuſcipitur, ſtatuta in Violatores pena 100. libr. Auri. An. 1004.

In nomine ſancte et individue Trinitatis. *Heinricus* diuina fauente clementia Rex. Quia ſi piis Dei famulantium flagitationibus accomodamus benignum auditum ſumme ſalutis inde prouenire nobis incunctanter credimus remedium. Idcirco omnium ſancte Dei Eccleſie fidelium preſentium ſcilicet et futurorum nouerit religioſitas, quoniam tam anime noſtre conſulentes, quam etiam dilecti nobis *Gothehardi* Abbatis peticionibus obtemperantes, venerabilis S. Mauricii martyris Abbatiam *Altaha* nuncupatam, ſub noſtre defenſionis Mundiburdium percepimus ac tuitionem cum omnibus eidem prefate Abbatie aliquo modo adherentibus, villis vero *Iſerahoff*, *Suarzaha*, *Cella*, *Gunzina*, *Munichdorff*, *Puechhoff*, *Oberanhaus*, *Uſterlingen*, *Gotzzolting*, *Otilingen*, *Riecherisdorff*, *Balthesinga* nuncupatis, ſeu etiam ceteris cuiuslibet utilitatis commoditatibus, familiis, tributis, tributariis, rebus mobilibus et immobilibus, viis, inuiis, ſiluis, ſaginis, aquis, piſcationibus, molis, molendinis, palcuis, compaſcuis ſiue apium paſcuis, queſitis et inquirendis, nec non juſta acquiſitione eidem prefate Abbatie pertinentiis. Precipientes igitur ſummitate edicimus, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Schuldaſio, Scapio; ſeu aliqua magna vel parva perſona eundem jam dictum Abbatem ſuosque ſucceſſores de preſcriptis rebus inquietare, moleſtare. vel diſiuſtare preſumat. Siquis vero huius precep-

ti noſtri, quod abſit, violator extiterit, ſciat ſe compoſiturum *auri optimi libras centum*. Quod ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus obſeruetur, hanc cartam inde conſcriptam manu propria roborantes, ſigillique noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.

(Monogramma) Signum Domni *Heinrici* regis inuictiſſimi.

Egilbertus cancellarius vice *uuilligiſi* archicappellani recognoui.

Data VI. Kal. Febr. Indict. II. anno dominice incarnationis MIIII. anno voro domni *Heinrici*-II. Regis III.

Actum in *Altſtett* feliciter Amen.

Num. XXIII. Reſtitutio Villæ *Flinſppach*, et conſolidatio Territoiii *Winzer* et *Hofkirchen*. An. 1005.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis *Heinricus* diuina fauente clementia Rex., Regalis enim excellentie decet majeſtatem,, rationalibus ſibi a Domino ſupplicationibus miſericorditer concedere perpetrationem, quatenus eorum aſſiduis precibus et ſeculariter tranquillitetur, et eternaliter celeſtis braui diademate coronetur. quocirca univerſalis fidelium noſtrorum preſentium et futurorum nouerit induſtria, qualiter quidam venerabilis *Gotehardus* Abbas, Prouiſor vero Altahenſis monaſterii celſitudinem potentie nobis a Deo conceſſe ſubiit, humiliter implorans, uti nos quandam Villam *Flinſpach* dictam in pago *Sueinihgoum* ſitam, et in comitatu *Tiemonis* comitis, olim predicto monaſterio ſuo pertinente, dolore non par-

paruo tactus perdere quod juſte viſus eſt habere, debere, eo reſtituere dignaremur. Cuius nos condigne petitioni aſſentiendum fore exiſtimantes, eandem iam dictam villam noſtra regali traditione atque pagina ad ante dictum S. Mauritii monaſterium in *Altaha* conſtructum concedentes reſtituimus, reſtauravimus, donauimus, atque firmiſſime ſubſcribentes eo conſolidauimus ad edificandum, reſtaurundum, maceriandum prefatum monaſterium cum aliis Eccleſiis, Cenobiumque fratrum, quia ob hoc predictus Abbas requiſiuit, quoniam terra harenoſa eſt, macerieque utilis. Ttadentes igitur in proprium S. Mauritio ſubſcriptoque Abbati nec non et ſucceſſoribus ſuis quicquid inter *vvincirca* et *Hofkirchen* videtur iacere, vel etiam ad anteſcriptum monaſterium inibi reſpicere cum omnibus rebus mobilibus et immobilibus, Terris, cultis vel incultis, vineis, vinetis, molendinis, viis, inuiis, edificiis, exitibus et reditibus, ſilnis, venationibus, pratis. paſcuis, compaſcuis, ſiue apium paſcuis, Aquis, aquarumque decurſibus, piſcationibus, familiis utriusque ſexus, queſitis, et inquirendis, ſeu omnibus, que dici, vel ſcribi, intrinſecus ſeu extrinſecus poſſunt, pertinentiis et utilitatibus. Et ut hec noſtre traditionis auctcoritas ſtabilis et inconuulſa permaneat, hanc chartam inde conſcriptam manu propria roborantes, ſigillique noſtri impreſſione inſigniri iuſſimus.

(Monograma) Signum Domni *Heinrici* Regis inuictiſſimi

Bruno Cancellarius vice *Wiligiſi* Archicappellanus recognoui.

Data

Data Nonis Nouembr. Indict. I. anno dominice incarnationis MV. anno vero domni *Heinrici* ſecundi Regis III. Actum *Werde* feliciter Amen.

* Adpreſſum eſt Sigillum ſub N. 13.

Num. XXIV. Privilegium Mercatus et Telonei in Villa *Hengerſperg*. An. 1009.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis *Heinricus* diuina favente clementia Rex. Si quid nos Eccleſias Dei vel in eisdem ſeruientes de noſtris ditare ſtuduerimus, procul dubio immarceſcibile premium in futuro capeſſere credimus. Qua de re cunctis fidelibus noſtris preſentibus ſcilicet atque futuris notum eſſe volumus, qualiter nos eterne vite deſiderio inflammati, tam pro remedio anime noſtre, quam parentum noſtrorum, nec non interuentu dilecte contectalis noſtre *Chunigunde*, et pro dilectiſſimi Aldahenſis Abbatis *Godehardi* gratiſſimo obſequio, eidem eccleſie, cui ipſe preeſſe videtur, in uſum monachorum inibi Deo famulantium, in comitatu *Thiemonis* preſidis, prope monaſterium in villa *Helingerinperk* dicta mercatum habendi Thelonium tam viantium quam nauigantium exigendi ius perpetuum per hoc regale preceptum contulimus, atque conceſſimus. Quod ſi perſona eidem loco abſtulerit, in futuro judicio examinanda erit. Et ut hec noſtre traditionis auctoritas ſtabilis et inconculſa permaneat, manu propria eam roborantes ſigillari noſtra imagine juſſimus.

(Monogramma) Signum domni *Heinrici* regis inuictiſſimi.

Gun-

Guntherus Cancellarius vice *uuilligiſi* archicappellani recognoui.

Data VII. Idus Junii Indict. VII. Anno dominice incarnationis MIX. anno vero Domni *Heinrici* Regis ſecundi regnantis VIII. Actum *Merſeburg* feliciter Amen.

Num. XXV. Conceſſio Eccleſie Mundraching cum Decimis. Anno 1009.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis *Heinricus* diuina fauente clementia Rex. Si Eccleſias Dei alicuius doni incremento ditare vel ſublimare ſtuduerimus, nobis id profuturum eſſe minime dubitamus. Quapropter nouerit omnium Chriſti fidelium noſtrorumque induſtria, qualiter ob remedium anime noſtre et interuentum dilecti Abbatis noſtri *Godehardi* ſuum iuge, deuotumque ſeruitium inſpicientes, monaſterio ſuo *Altaha* dicto ad ſeruitium et ad uſum fratrum Deo ibidem ſeruientium, in villa *Mundrichinga* dicta, unam Eccleſiam cum dotali manſo, et duabus partibus decimationis, ad eandem Eccleſiam pertinentibus, et in villa eadem alium manſum cum mancipiis *frudun* et uxore ipſius, et filiis eorum. In *Siffinchouen* autem III. manſos cum mancipiis in his habitantibus, in *Mangoltingen* vero ſuperius molendinarium cum molendino, in pago *Duonagouue*, in comitatu vero *Ruotberti* comitis ſitis, cum omnibus appenditiis ſiue utilitatibus, que dici aut nominari poſſunt, per hanc noſtri precepti paginam concedimus atque largimur. Et de noſtro jure ac dominio in eorum jus ac dominium omnino transfundimus, ea quippe ratione, ut predictus Abbas ſuique ſucceſſores, una cum fratribus inibi Deo famu-

lantibus, de prenominato bono eius utenſilibus, dehinc liberam poteſtatem ad communem uſum fratrum, quicquid eis placuerit, faciendi omnium hominum contradictione remota. Et ut hec noſtre donationis auctoritas ſtabilis et inconuulſa permaneat omni tempore, hoc preceptum inde conſcriptum manu propria roborantes ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.

(Monogramma) Signum Domni *Heinrici* Regis inuictiſſimi.

Guntherius Cancellarius vice *uuilligiſi* Archicappellani recognoui.

Data VIII. Idus Aprilis Indictione VIII. anno ab incarnatione domni MIX. anno vero domni *heinrici* ſecundi regnantis VIII. Actum *Regensburc* feliciter Amen.

Num. XXVI. Imperialis conceſſio Territorii ad cellam Guntheri, hodie *Rinchna*. An. 1009.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. *Heinricus* diuina fauente gratia Romanorum Imperator Auguſtus. Plantationis cuiusque ſurculus trunco viridi imputatus, quanto ſepius aquis circumfuſis irrigatur, tanto citius ramis creſcentibus in arborem erigitur. Eccleſias igitur Dei comparationi eidem nos recompenſantes, ubicunque locorum nouiter plantatas, ſi bonis noſtris aliquanto benignius adhibitis ſubleuamus, tanto eas citius in diuina feliciter laude exereſcere, tantoque nos firmius Imperii noſtri culmen ſtabilire fideliter confidimus. Quapropter omnium Dei, noſtrique fidelium uniuerſitati notum eſſe volumus, qualiter nos ob interuentum, ac petionem dilecte conjugis noſtre *Chunigunde* Imperatricis Auguſte.

ſte *Brunonis* Auguſtenſis Eccleſie Preſulis, et ceterorum fidelium noſtrorum *Gebehardi* Radiſponenſis, *Bennonis* Patauienſis Epiſcoporum, ad Eccleſiam ſitam in heremo, que vocatur *Nortvvald*, a *Guntherio* Monacho inibi primitus eremiticam vitam ducente conſtructam in honore victorioſiſſime crucis ſancteque Dei Genitricis Marie, nec non beati Joannis Baptiſte, in uſum fratrum ibi Deo ſub regula S. Benedicti ſeruientium, quicquid habuimus a fonte aque, que vocatur *Leipſtiuſa*, usque ad locum qui vocatur *Schvvartzavvinchil*, et inde usque ad montem qui vocatur *Ekkiriſchbuch*, et ita usque ad aquam que vocatur *Forchenbach*, et inde ad *Holerenberch*, usque dum venias *Pleckentenſtain*, et inde ad *Grahhenbach*, et ſic ad fontem *ipſius aque*, et ita per aquam que dicitur *Flinſpach*, et hinc ut ſubterminatum eſt ad flumen *Regin*, et per deſcenſum *Regin* fluminis usque in villam *Piberahb*, que duarum *Pibera* media interfluit, et ſic ſurſum per eandem *Piberaha* usque ad lacum qui e monte *Hadavvich*, et inde per curſum aque que vocatur *Sebach*, et ſic inde, ut modo terminatum eſt, usque ad locum ubi *Kelbirbach* cadit in *album Regin* usque in *Aſſoltresperch*, et inde ad magnum lapidem, qui ex orientali plaga prope ſtratam iacet, que *Bauariam* tendit, et ſic per ſtratam uſque ad *nigrum Regin*, et ſurſum per eundem fluuium ad locum, ubi interfluit aqua *Fladinz*, et inde ad fontem eiusdem aque, et ita usque in *Lauſſinna*, cum omnibus utenſilibus, cum areis. edificiis, agris, terris, cultis, et incultis, pratis, paſcuis, ſiluis, venationibus, aquis, aquarumue decurſibus, piſcationibus, molis, molendinis, viis, et inuiis, exitibus, et reditibus, queſitis et inquirendis, ſeu cum omni utilitate, que ullo modo inde prouenire poterit, per hoc noſtrum preceptum in pro-

prium donauimus, atque confirmavimus, ea uidelicet ratione, ut nemo ulterius absque eiusdem Eccleſie prouiſoris ſuorumque ſucceſſorum licentia poteſtatem habeat Noualia faciendi, piſcandi, aut ullo ingenio feras decipiendi, aut qualibet poteſtate infra preſcriptum terminnm exercendi. Et ut donationis noſtre auctoritas ſtabilis et inconuulſa omni permaneat euo, hanc chartam inde conſcriptam, ſubtusque manu propria roboratam Sigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.

Data VII. Idus Junii. Indict. VII. anno Dominice incarnationis MIX. anno vero Domini *Henrici* ſecundi regnantis VIII. Actum *Merſeburg* feliciter Amen.

Signum Domni *Heinrici* regis invictiſſimi.

Guntherius cancellcrius uice *uuilligiſi* archicapellani recognoui.

Num. XXVII. Traditio decem regallium Manſorum cum determinatione Limitum. An. 1011.

In nomine ſancte et individue Trinitatis. *Heinricus* diuina fauente clementia Rex.. Si quid nos Eccleſias Dei, vel in eisdem ſeruientes de noſtris ditare ſtuduerimus, procul dubio immarceſſibile premium in futuro capeſſere credimus. Qua de re cunctis fidelibus noſtris preſentibus ſcilicet atque futuris notum eſſe volumus, qualiter nos eterne vite deſiderio inflammati tam pro remedio anime noſtre, quam parentum ſnoſtrorum, nec non et interuentu dilecte contectalis noſtre *Chunigunde* et pro dilecti Altahenſis abbatis *Godehardi* gratioſiſſimo

mo obſequio, eidem Eccleſie, cui ipſe preeſſe videtur in uſum monachorum inibi Deo famulantium in marha et comitatu *Henrici Marchionis*, decem regales manſos inter hos terminos ſitos, idem in orientali plaga de illo vallo et duabus arboribus vulgo *feleuun* dictis, ſubtus villam *Abbadorf* dictam, uſque in fluuium Danubii, et inde ſurſum in latitudine uſque in occidentalem plagam, ad terminum miniſterii *Sigimares*, *Weride*, in longitudine vero, de *Danubio* uſque ad *Wagreim* ad Aquilonem terminantur, per hanc noſtri precepti paginam concedimus atque largimur cum omnibus appenditiis ad eosdem pertinentibus, areis, edificiis, terris, cultis et incultis, pratis, paſcuis, *aquis*, aquarumue decurſibus, molendinis, piſcationibus, *venationibus*, ſiluis extirpatis, vel adhuc ſtirpandis, ſeu cum *omnibus*, que dici, aut nominari poſſunt, utenſilibus, et de noſtro jure ac dominio in eius ius ac dominium omnino transfudimus. Ea quippe ratione, ut predictus Abbas, ſuique ſucceſſores exinde liberam habeant poteſtatem tenendi, commutandi, vel quidquid eis in uſum predictorum ſratrum agere libuerit. Et ut hec noſtre donationis auctoritas, omnium hominum contradictione remota ſtabilis et firma conſtet, hanc chartam ex noſtra juſſione conſcriptam ac ſignatam propria manu ſubtus firmauimus.

Data VII. Calend. Julii. Indict. IX. Anno Dominice incarnationis MXI. Anno vero Domini *Henrici* ſecundi regnantis X. *Regenſpurg* in Dei nomine feliciter, Amen.

Signum domni *Heinrici* regis inuictiſſimi.

Guntherius Cancellarius uice *Erkabaldi* archicappellani recognoui.

Num. XXVIII. Inſtrumentum dedicationis Eccleſie S. Joannis in Nordvvald. An. 1018.

Perngerus diuina clementia patauienſis eccleſie preſul quamuis indignus omnibus Chriſti fidelibus ſi quid boni faciant diem retribucionis certitudinem in eadem. Nouerit cunctorum chriſtianorum induſtria quomndo ob iam dicte et promiſſe a me aliis diem mercedis reſpectum et peticionem *Gunthari* cuiusdam ſerui Dei et heremite oratorium quoddam quod ipſe longe ab habitacione hominum in *Nordvvalde* a fundamentis in honore S. Johannis baptiſte conſtruxit. Ipſe ego dedicaui in honore S. ac victorioſiſſime crucis, et S. Dei genitricis *Marie*, et precipue S. Johannis precuſoris Chriſti. in die decollationis ejusdem Sancti. quod eſt. IIII. Kaln. Septembr. Anno autem ab incarnacione domini noſtri Jheſu Chriſti. Milleſimo. XVIIII. *Henrici* regnantis. XVIII. Imperatoris autem Anno VI. Et ad hoc iam dictum, et a me dedicatum oratorium. iure Epiſcopali et poteſtate, omnem decimacionem infra eamdem cellam tunc culte terre et adhuc colende determinaui. et absque lite contradidi. hec etiam determinatio. ut ſtabilis et ut firmior ibi deo ſeruientibus poſtmodum foret. cartam hanc ſcribere feci et Sigilli mei impreſſione confirmari precepi.

Num. XXIX. Traditio decem regalium Manſorum cum Villa Abſtorf in Auſtria. An. 1019.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. *Heinricus* diuina clementia fauente Romanorum Imperator Auguſtus. Si quid nos Eccleſias Dei, vel in eisdem ſeruientes de noſtris ditare ſtuderimus procul dubio immarceſſibile premium in futuro capeſſere

peſſere credimus. Qua de re cunctis fidelibus noſtris preſentibus ſcilicet et futuris notum eſſe volumus, qualiter nos eterne vite deſiderio inflammati, tam pro remedio anime noſtre, quam parentum noſtrorum, nec non interuentu dilecte contectalis noſtre *Chunigunde*, et pro dilecti Altahenſis Abbatis Godehardi gratiſſimo obſequio, eidem Eccleſie, cui ipſe preeſſe videtur, in uſum monachorum inibi Deo famulantium, in Marcha comitatu *Adalberti Marchionis* decem regales manſos inter hos terminos ſitos, ab occidentali videlicet plaga ſuper villam, que *Abſdorf* nuncupatur de medio *Danubii* alueo uſque in riuulum, qui vocatur *Smidaha*, latitudine ad orientalem plagam, longitudine vero contra *Wagreine* vergente in locis probabilibus uſuique ſemper aptis. Inſuper etiam parvulam inſulam in *Danubio*, contra eandem villam iacentem, per hanc noſtri precepti paginam concedimus atque largimur cum omnibus appenditiis ad eoſdem pertinentibus areis, edificiis, terris, cultis, et incultis, pratis, paſcuis, et compaſcuis, viis et inuiis, aquiis, aquarumue decurſibus, molendinis, piſcationibus, venationibus, ſiluis extirpatis vel adhuc extirpandis, ſeu cum omnibus que dici vel nominari poſſunt utenſilibus, et de noſtro imperiali jure, in eius jus ac dominium omnino transfundimus. Ea quippe ratione, ut predictus Abbas, ſuique ſucceſſores, exinde liberam habeant poteſtatem tenendi, commutandi, vel quicquid eis in uſum predictorum fratrum habuerit. Et ut hec noſtre donationis auctoritas omnium hominum contradictione remota ſtabilis et firma conſtet, hanc chartam ex noſtra juſſione conſcriptam ac ſignatam manu propria ſubtus firmauimus.

Data

Data VII, Idus Aprilis, Indict. II. Anno dominice MXIX. Anno vero Domini *Henrici* ſecundi regnantis XVII, Imperri autem VI. Actum *Merſiburg* in Dei nomine feliciter. Amen,

Signum domni *Heinrici* ſereniſſimi et inuictiſſimi Imperatoris.

Guntherius Cancellarius uice *Erchinwaldi* archicappellani recognaui.

Num. XXX. Deſignatio Territorii Celle S. Guntheri hodie Rinchna conceſſi. An. 1029.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. *Conradus* diuina fauente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Plantationis cuiusque ſurculus trunco viridi imputatus, quanto *ſepius* aquis circumfuſis irrigatur, tanto citius ramis creſcentibus in arbore erigitur. Eccleſias igitur Dei comparationi eidem nos recompenſantes ubicunque locorum nouiter plantalas, ſi bonis noſtris aliquando benignius adhibitis ſubleuamus, tanto eas citius in diuina laude feliciter exercere, tantoque nos firmius Imperii noſtri columen ſtabilire fideliter confidimus. Quapropter omnium Dei noſtrique fidelium univerſitati notum eſſe volumus, qualiter nos ob interventum et petitionem dilecte conjugis noſtre *Gisle* Imperatricis Auguſte, et amantiſſime noſtre prolis *Henrici* Regis, et *Brunonis* Auguſtenſis Eccleſie Preſulis, nec non *Godehardi* Hildesheimenſis venerabilis Epiſcopi, et ceterorum noſtrorum fidelium, *Gebhardi* Ratiſponenſis, *Bennonis* Patauienſis Epiſcoporum, ad Eccleſiam ſitam in Eremo qui vocatur *Nortwald* a *Guntherio* Monacho in-

inibi primitus eremiticam vitam ducente conſtructam in honore victoriſiſſime crucis, ſancteque Dei Genitricis Marie, nec non beati Joannis Baptiſte in uſum fratrum ibi Deo ſub regula S. Benedicti ſeruientium, quicquid habuimus a loco ubi aqua *Leipfluiſa* cadit ſuper viam quam preſcriptus *Guntherius* Monachus nouiter preparauit, et ſic deorſum per *Leipfluiſa* uſque in aquam *Rinichnach* et ſic per *Rinichnach* ſicut terminatum eſt, uſque in *Vallenbach* et ita per decurſum *Vollenbach* uſque in *Mettma*, et per decurſum eiusdem aque uſque ad locum ubi *Forhenbach* influit eandem *Mettmam*, et de *Forhenbach* ut ſubterminatum eſt uſque in *Sala*, et ſic deorſum per *Salam* uſque in flumen *Regin*, et per deſcenſum *Regin* fluminis uſque in villam *Petrach* que duarum *Petraha* media interfluit, et ſic ſurſum per eandem *Petrach* uſque ad lacum qui eſt in monte *Hatvvich*, et inde ſicut interciſum eſt uſque in exortum *Svvarzaka*, et ſic inde uſque *Büehohimberch*, et inde ut modo terminatum eſt uſque ad locum ubi *Kelberſpach* cadit in *album Regin*, et ita per *album Regin* uſque in *Affollsersvverchet*, et inde ad magnum lapidem, qui ex orientali plaga prope ſtratam iacet, que in *Bavariam* tendit, et ſic per ſtratam et ſuper *nigrum Regin*, uſque ad eandem nouam viam a *Gunthero* Monacho preparatam, et ſic per viam uſque in *Leipfluiſa* cum omnibus utenſilibus, cum areis, edificiis, agris, terris, cultis et incultis, pratis, paſcuis, campis, ſyluis, venationibus, aquis, aquarumue decurſibus, piſcationibus, molendinis, viis et inuiis, exitibus et redditibus, queſitis et inquirendis, ſeu cum omni utilitate, que ullo modo inde prouenire poterit, per hoc noſtrum preceptum in proprium donauimus, atque confirmauimus. Ea videlicet ratione, ut nemo ulterius abs-

que eiusdem Eccleſie prouiſoris, ſuorumque ſucceſſorum licentia poteſtatem habeat noualia faciendi, piſcandi, aut ullo ingenio feras decipiendi, aut quamlibet poteſtatem infra preſcriptum terminum exercendi. Et ut hec noſtre donationis auctoritas ſtabilis et inconuulſa omni permaneat euo, hanc chartam inde conſcriptam, ſubtusque manu propria roboratam, ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.

Data Cal. Januarii, Indict. XII. Anno Dominice incarnationis MXXIX. Anno autem Domini *Conradi* ſecundi regnantis V. Imperii vero II.

Actum *Auguſte* in Dei nomine feliciter, Amen.

Num. XXXI. Eccleſia Rinchna Monaſterio Altahenſi adtribuitur. An. 1040.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. *Henricus* diuina fauente clementia Rex. Omnes Eccleſie filios oportunum eſt lactari Dei ſeruitium uſque terrarum amplificari, ubi, enim omnipotentis laudi aliquid contrahitur, ibi aduerſarie poteſtati detrahitur. Volumus igitur fidelibus notum eſſe, modernis temporibus Dei ſeruitium per ipſius prouidentiam in noſtro regno accreuiſſe. Unde conſtet hoſtem antiquum doliturum eſſe. Magnifico *Henrico* regnante, Nobilis quidam *Guntherius* diues terrenarum rerum mundialia deſeruit ſponte, ac ſub poteſtate Deo digni *Godehardi* Abbatis *Altahenſis* monachice conuerſationi ſe inſeruit, hic in manaſterio aliquamdiu laudabiliter converſatus diuino inſtinctu Eremi ſecreta concupiuit; ergo a predicto Abbate accepta benedictione conſentiente

Regis

Regis *Henrici* collandatione, eremum *Nortvvald* intrauit, hancque non otioſus Eremita colere cepit, diuina ſiquidem gratia cooperante, in eadem Eremo Eccleſiam conſtruxit, et hanc in honorem S. Joannis Baptiſte per *Perngerum* Patauienſem Epiſcopum conſecrari impetrauit, ibique fratres regulam S. Benedicti obſeruantes ſubrogauit. *Henrico* itaque Imperatore defuncto, atque *Chunrado* Imperii regimine functo licentiam ab eo accepit, in id ipſum cartam etiam ab eo regalem obtinuit, que bona inibi ab eo acquiſita et acquirenda ſibi confirmauit. Ipſo etiam beate memorie *Conrado* parente noſtro vita excedente, idem *Guutherius* pro meritorum probitate amicabiliter uſus eſt noſtra familiaritate, proinde manſuetudinem noſtram rogauit, quatenus Eccleſiam prefatam ad titulum ſancti Mauritii *Altaha* noſtre poteſtatis auctoritate traderemus, quod et fecimus. Unde ſcire volumus Fideles preſentes atque futuros, qualiter nos predicti *Guntheri* rogatione, atque fideliſſimorum noſtrorum interuentione *Pobbonis* Patriarche Aquilegien. *Dietmari* Archiepiſcopi Juuauen. *Berngeri* Patauien. *Brunonis* Würtzburgenſis, *Nithardi* Leodicen. *Heriberti* Eichſteten. Eccleſiam in *Nortvvald* a *Gunthero* conſtructam *Rinichnaha* dictam ad monaſterium S. Mauritii in poteſtatem *Ratmundi* Abbatis ac ſucceſſorum eius conſignauimus, atque tradidimus, cum omnibus appendiciis ad eundem locum pertinentibus, cum areis, edificiis, agris, terris, cultis et incultis, pratis, paſcuis, campis, ſiluis, venationibus, piſcationibus, aquis, aquarumue decurſibus, molis, molendinis, viis et inuiis, exitibus et reditibus, mobilibus et immobilibus, queſitis et inquirendis, ſeu cum omni utilitate, que ullo modo poterit inde prouenire. *Ita* ut nemo ulterius absque altahenſis Abbatis licentia poteſtatem

ſtatem habeat noualia faciendi, piſcandi, aut ullo ingenio feras decipiendi, eo ſcilicet pacto, ut neque prefatus Abbas *Ratmundus*, nec aliquis ſucceſſorum eius poteſtatem habeat regularem vitam inibi deſtruere, bona vero iſta in *Svveincovva* ſunt ſita in comitatibus *Adalberti Marchionis*, et *Dietmari preſidis* incluſa terminationibus iſtis a loco ubi aqua *Leipſluiſa* cadit ſuper viam quam ſepe dictus *Guntherius* Monachus nouiter preparauit, et ſic uſque ad locum qui vocatur *Svvarzahavvinchül*, et inde uſque ad montem qui vocatur *Ekkirichespuch*, et ita uſque ad aquam *Forchenbach*, et inde ad *Holernbach*, uſque dum venias *Blechentenſtain*, et inde ad *Graſſenbach*, et ſic ad fontem ipſius aque, et ita per aquam que dicitur *Flinſpach*, et hinc ut ſubterminatum eſt ad flumen *Regin*, et per deſcenſum *Regin* fluminis, uſque in villam *Piberaha*, que duarum *Pibera* media interfluit, et ſurſum per eandem *Piberaha* uſque in montem qui vocatur *Hådavvich*, et inde per decurſum aque, que vocatur *Seebach*, et ſic inde ut nunc termina, tum eſt uſque ad locum ubi *Kelberſpach* cadit in *album Regin*, uſque in *Affolterſpach*, et inde ad magnum lapidem, qui ex orientali plaga prope ſtratam iacet, que in *Bauariam* tendit, et ſic per ſtratam uſque ad *nigrum Regin* et ſic ſurſum per eundem fluuium, ubi interfluit aqua *Fladnitz*, et inde ad fontem eiusdem aque, et ita uſque in *Lauffina*. Et ut hec auctoritate donationis inuiolabilis in ſecula permaneat, ſubtus eam manu propria roborantes ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.

Theodoricus cancellarius uice *Bardonis* archicapellani recognoui.

Data

Data XVI. Kal. Februar. Indict. VIII. anno Dominice incarnationis MXL. anno autem Domini *Henrici* tertii ordinationis XII. Regni vero I. Actum *Auguſte* feliciter, Amen.

Num. XXXII. Idem Diploma vernacule antiquitus redditum. Anno 1040.

In dem nomen der heiligen driuoltichait. Wir *Hainreich* der dritte. von gotes gnaden Chunick. allen di diſen briue anſehent. Wan vvir vnd allen di Chriſtenhait dez fleizzick vnd vro ſchuln ſin. daz gotesdinſt vnd ſin lob gemert vverd. vnd dez veintes chraft. vnd gevvalt geminnert vverd. Da von tvn vvir chunt vnd ze vviſſen daz bi vnſern Ziten Gotesdinſt *alſo zv* genummen hat. daz der alt veint vvol chlagen mack. *Wan* bi dem ſœligen chaiſer *Hainreich* dem andern. ſand *gunther* der Reiche vnd Edel nach dirre vverlt vvaz gab der vverlt vrlaub. vnd allem daz in der vverlt iſt. vnd ergab ſich durch got in das chloſter datz *altah.* bi ſant *Gothartz* Ziten. vnd lebt darinne etleiche Zeit. ſchon vnd löbleithe. Darnach begert er der ainſidel leben. darvmbe daz er vnſerm herren möcht deſter baz gedinen. vnd mit ſines abtes vrlaub ſand *Gothartz.* vnd mit ſinem ſegen. vnd auch mit Chaiſer *Hainriches* vvillen. vnd vvizzen. fur er in den *Nortvvalt* gegen *Rimchnah.* vnd erzeugt da mit gotes hilfe. vnd mit ſiner arbait ain Celle. vnd ain Chirchen. vnd erbarf von Piſcholf *Perngern* von *paſſavve.* daz er di vveiht in den eren ſand Johanſ dez taufers. vnd der ſel herre ſand *Gvnther* geſellet im auch etleiche brüder. di mit im vvonten vnd lebten. nah ſand *Benedicten Regel.* Darnah bi Chaiſer *Chunraten.* dem andern. erbarf er di ſelben genade di im Chaiſer *Hainreich* het gethan. vnd geſtœtigt im

mit ſinem briuen. ſvvaz er gevvünne oder gevvunnen hit. daz daz ſelbe zu der Celle gehört. Darnach nach Chaiſer *Chunrat* Tode. vnſers liben vaters. der ſelbe *gunther.* den vvir libe vnd haimleiche haben gehabt. durch ſin heiligs leben. chom zu vns. vnd bat vns. daz vvir di Chirchen. vnd di Celle. di da haizzet *Rimcknah.* geben dem heiligen herren ſand Mauricin gegen *altah.* ſam vvir auch haben getan. Da von tvn vvir chunt allen den di itzu ſint. oder nah vns chünftick ſint. daz vvir durch ſand Gvnthers vvillen. vnd durch ſin gebete. vnd auh herrn *Poppen* dez pratriarchen von *aglaie* vnd herrn *dietmars* dez Ertzbiſcholfs von *Saltzpurch.* vnd herrn *Perngers* dez Piſcholfs von *paſſavve.* vnd herrn *Bravvn* von *Wirtzpurch.* vnd herrn *Nithartſ* von *Leodio.* vnd auch herrn *Hertprebts* dez piſcholfs von *aiſtet.* durch der aller vvillen. vnd gebete. haben vvir di Celle datz *Rimcknah* in dem *Nortvvalde.* di ſand *Gvnther* hat erzeugt. ſand Mauriçin gegen *altah* gegeben. in abt *Ratmundes* hant. im vnd allen den abten di nah im chumftick ſint. mit allem daz zv der Celle gehört. mit hofſtet vnd Zimmer. mit ecker vnd ertreich. erpaun vnd vnerpaun. mit vviſen vnd mit vvaide. mit velde vnd mit holtze. mit geiaide vnd mit viſchbaide. mit vvazzer. ſlizzent oder vnſlizzent. mit Müln oder Mülſtet. mit vvegen. in oder auz. oder an vveg. verſuht oder vnuerſuht. mit allem dem nutze. der da von chomeu mack. alſo daz an dez abtes vrlaub von *altah.* nieman mohhe chain Neuraute. noh iemen türre geviſchen oder Jagen. oder chainer sloht geiaide haben. vnd vvellen auch daz der abt *Ratmund.* vnd alle di nah im chumſtick ſint. chainen Gevvalt haben. daz ſi gaiſtleich leben zerſtören. oder lazzen abgen. datz der Celle datz *Rimchnah.* vnd

ſvvaz

ſvvaz auh gutes oder gulte zu der cellle gehört. di iſt gelegen in dem *Svvoncevvn.* in den Grafcheſten hern *albrektes dez Marcrouen.* vnd hern *ditmars dez LontRichters.* vnd ſint beſlozzen mit den gemercken. daz ſi gend von der ſtat. da daz vvazzer daz da haizzet *Leipſlis* vellet auf den vveg. den ſant *gunther* hat gemahhet. vnd get vntz an div ſtat di da haizzet *ſvvartzahavvinchel.* vnd von danne an den Perck der da haizzet *Ekreiſpuhke.* vnd denne hintz dem vvazzer *forchenbach.* und denne gegen *holernbah.* vntz daz man chumt zu dem *bleckenten ſtain.* vnd denne gegen *grazzenbah.* vnd denne hintz dem *vrſpring.* dez ſelben vvazzers. vnd denne durch den flinſpach. untz *in den Regen.* vnd denne durch den *Regen* aberts. vntz *in di Piberah.* di da fleuzzet zvviſchen zvvaier *piberah.* vntz an den perck. der da haizzet *advveick.* vnd denne nah dem fluzze dez *Sabahhes.* immermer hin. untz an di ſtat der *colberſpach* vellet in den *MichelRegen.* untz hin gegen *affalterſpach.* vnd von danne untz hintz den grozzen ſtain. der da leit gegen oſten an der ſtrazze. bi dem vvege der da gein *Paiern* laitet. vnd denne durch di ſtrazze hin. vntz in den *ſvvortzen Regen.* vnd denne aufvverts. vntz da datz vvazzer daz da haizzet *flednitz* fleuzzet in den *Regen.* vnd denne hin. vntz hintz der *laufna.* vnd daz di gabe vnd vnſer gnade evvick ſi. vnd evvichleichen beleibe. habe vvir vnſer zaichen *mit* vnſer hant an di hantveſt geleit. vnd mit vnſerm Inſigel verInſigelt. Ich *Dietreih der chantzlev.* vvaiz di ſach vvol. vnd iſt ergangen da von Chriſtes geburt vvaren tauſent Jar. vnd viertzig Jare. bi Caiſer *Hainreich* den dritten. dez erſtes Jares ſines Reiches. datz *Auſpurch* in der ſtat. Actum XVI. Kal. Febr. an ſand Antonii tag.

Num.

Num. XXXIII. Conceſſio decem regalium Manſorum circa flumen Zaiove. Ao. 1045.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. *Heinricus* diuina fauente clemencia Rex. Si eccleſiaſticis edificationibus miſericorditer ſubvenimus, a Deo miſericordiam conſequi indubitanter confidimus. Quapropter omnium Chriſti, noſtrique fidelium tam futurorum quam preſentium ſollers induſtria nouerit, qualiter nos pro amore diuino, et ob juge, et nobis acceptabile ſeruicium *Ratmundi* venerabilis Abbatis eccleſie Altahe dicte, in honore beati Mauricii conſtructe decem manſos regales circa flumen Zaiove dictum, ab eo quidem loco, ubi juxta noſtre dationis et preceptionis menſuram predium *Sigefridi Marchionis* certis limitibus terminatur, preceptali noſtra auctoritate in proprium tradidimus, ſitas in pago *et in* comitatu *Sigefridi* Marchionis, cum omnibus ſuis appenditiis, hoc eſt areis, edificiis, terris, cultis et incultis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus ſiluis, uenationibus, exitibus, et reditibus, viis, et inuiis, queſitis et inquirendis, cum omni utilitate que ullo modo inde poterit prouenire. Ea uidelicet ratione, ut predicte eccleſie Abbas, eiusque ſucceſſores prefato predio liberam dehinc poteſtatem habeant obtinendi, tradendi, commutandi, precariandi, uel quicquid illis ad uſum eccleſie placuerit inde faciendi. Et ut hec regie noſtre traditionis auctoritas ſtabilis et inuulſa omni tempore permaneat, hanc cartam inde conſcriptam manu propria, ut infra uidetur corroborantes Sigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Si-

(Monagramma) Signum Domni *Heinrici* tercii regis inuictiſſimi *theodericus* cancellarius uice *Pardonis* archicancellarii recognoui.

Data III. Non. Jun. anno Dominice incarnationis. M. XL. V. Indict. XIII. Anno autem Domni Heinrici tercii ordinationis ejus XVI. Regni uero VI. Actum *Bersnich.* in Dei nomine feliciter Amen.

* Sigillum N. 14.

Num. XXXIV. Conceſſio Decimarum ad dies vitæ. An. 1046.

Nouerint Chriſtianorum omnium et maxime prothomartyri Stephano induſtria famulantium, qualiter *Radmundus Altahenſis* Cenobii Abbas venerabilis mihi *Engilberto* patauienſis ecclesie preſuli quamuis indigno traditionem quamdam adtulit in qua continebatur quod anteceſſor meus *Perngerus* epiſcopus ob diem pietatis reſpectum et eiusdam heremite *Guntherii* peticionem oratorium quoddam in *Nordvvalde* conſtrvctum ab eodem in honore S. Johannis baptiſte et precuſoris domini. conſecrauerit. et decimam eiusdem cellule fratribus ibidem deo ſervientibus, dum ipſi hac vita concederent frui, absque lite retinendam conceſſerit, ſperans per tale meritum fauente eorumdem oratione fratrvm eterne retributionis premium. Cuius factum non ſolum hic in re ſed etiam in aliis cupiens ſequi, tradicionem quam dixi decreveram per me renouari celeſtis ſpe remunerationis ad hoc inductus. et iam dicti *Ratmundi* Abbatis cuius poteſtati cellula eadem obitu *Gunthaarii*

rii prefati ſucceſſit peticione deuictus. Vnde decimationem omnem infra eamdem cellam tunc culte terre fratribus ibidem degentibus Epiſcopali iure et poteſtate quamdiu ego, aut idem *Radmundus* Abbas uiueret donaui. Verum ne hanc poſteri quaſi propriam retinendo iniuſta ſibi temptent uſurpare. Situlam mellis eccleſie mee ſtatui ſingulis annis ex fratribus eiusdem cellule perſolui. cauſa ſcilicet teſtimonii.

Actum eſt anno. M. XL. VI. Incarnationis Domini noſtri iheſu chriſti. *Heinrici*. III. regnantis. Anno Septimo. Indictione. XIIII. Pridie Idus Nouembr. hec autem tradicio ut ſtabilis et firma me viuente permaneat iuſſi hanc cartam ſcribi et ſigilli huius impreſſione ſignari.

Num. XXXV. Jus Mercatus et Thelonei in Villa Hengerſperg. Anno 1049.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. *Heinricus* diuina fauente clementia Imperator Auguſtus. Si quid nos Eccleſias Dei, vel in eisdem ſeruientes de noſtris ditare ſtuduerimus, procul dubio immarceſſibile premium in futuro capeſſere credimus. Qua de re cunctis fidelibus noſtris preſentibus ſcilicet atque futuris notum eſſe volumus, qualiter nos eterne vite deſiderio inflammati, tam pro remedio anime noſtre, quam parentum noſtrorum, nec non et interventu dilecte contectalis noſtre *Agnetis*, et pro Altahenſis Abbatis *Dietmari* gratiſſimo obſequio, eidem Eccleſie, cui ipſe preeſſe videtur, in uſum Monachorum inibi Deo famulantium, in comitatu *Thiemonis preſidis* prope monaſterium, in villa *Helmgerisberk* dicta, Mercatum habendi, theloneum tam viantium quam

nani-

nauigantium exigendi ius perpetuum per hoc imperiale preceptum contulimus, atque conceſſimus. Quod ſiqua perſona eidem loco abſtulerit, in futuro judicio examinanda erit. Et ut hec noſtre traditionis auctoritas ſtabilis et inconuulſa permaneat, manu propria eam roborantes ſigillari noſtra imagine iuſſimus. Signum domni *Heinrici* tercii regis inuictiſſimi ſecundi romanorum Imperatoris auguſti.

Data XI. Kal. Martii anno dom. incarn. M CXL. VIIII. Indict. II. anno autem domni *Heinrici* tercii regis imperatoris ſecundi ordinationis eius XX. regni quidem X. imperii autem III. in nomine domini. Actum *habenperch* feliciter amen.

Num. XXXVI. Conceſſio trium regalium Manſorum juxta fluvium Svvarzah. An. 1048.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. *Heinricus* diuina fauente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Ad communem regni noſtri ſtatum, et ad ſalutem anime noſtre credimus multum proficere, quotiescunque commouemur utilitatibus Deo famulantium proſpicere; non dubitamus etiam animas parentum noſtrorum nouo tripudio in conſpectu Dei gratulari, cum per noſtram liberalitatem contingit defectus monaſteriorum aliquo modo meliorari, ut diuina laudatio ſine querela poſſit celebrari, et ita ſanctorum interceſſio melius valeat obtineri. Quocirca nouerit omnium fidelium univerſitas, qualiter nos diuine remunerationis ſpe incitati, interuentu etiam dilecte contectalis noſtre *Agne*, rogatu quoque venerandi Ratisponenſis Epiſcopi *Gebehardi* Eichſtadenſis quoque Preſulis *Gebehardi*, et *Rathmundi* venerandi Abbatis commo-

niti euidam monaſterio *Altahe* dicte in honorem S. Mauritii glorioſi Martyris conſtructo, ob fidele ſeruitium eiusdem Abbatis conceſſimus tres regales manſos noſtri juris in orientali pago juxta fluuium *ſmarzha* nominatum, a termino ſcilicet proprietatis, quam ibi poſſidet *Udalricus* filius *Tiemonis Comitis* ſurſum per eundem fluuium pleniter menſuratos, cum omnibus appendiciis jure ad eosdem manſos pertinentibus, id eſt Domatibus, agris, ſyluis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumue decurſibus, molendinis, piſcationibus, exitibus et reditibus, viis et inuiis, queſitis et inquirendis, et omnibus, que quolibet modo inibi fieri poſſunt utilitatibus, per hanc imperialem paginam in proprium largimur, et perpetuo jure ſtabilimus, ea videlicet ratione, ut nulla poteſtas aliquam habeat poteſtatem prefate Eccleſie eandem proprietatem auferre, vel uſibus fratrum Deo ibi ſub monachica profeſſione ſeruientium ullo modo abalienare, ſed predictus Abbas *Rathmundus*, eiusque ſucceſſores liberam exinde habeant poteſtatem, quidquid eis plucuerit faciendi, ad utilitatem duntaxat fratrum Deo ſanctoque Mauritio militantium, remota contradictione omnium hominum. Et ut hec noſtre confirmationis et largitionis auctoritas ſtabilis et inconuulſa omni permaneat euo, hoc preceptum inde conſcriptum propria manu corroborantes, ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.

Signum domni *Heinrici* tercii regis inuictiſſimi. Secundi romanorum Imperatoris auguſti. *Wintherius* cancellarius ad uicem *Bardonis* archicancellarii recognoui.

Data VI. Idus Aprilis, anno incarnationis Dominice *Henrici* tertii Regis Imperatoris ſecundi, ordinationis eius VIIII.

Reg-

Regnantis quidem IX. Imperii autem II. In nomine Domini Actum *Ratiſpone* feliciter, Amen.

Num. XXXVII. Donatio Manſorum regalium in Weiſſenregen. Anno 1050.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. *Heinricus* diuina fauente clementia Romanorum *Imperator* auguſtus. Omnibus ſancte dei eccleſie noſtrisque fidelibus tam futuris quam et preſentibus innoteſcimus, qualiter nos ob interuentum noſtri thori ac regni conſortis ſcilicet *Agnetis Imperatricis* auguſte cuidam ſeruienti noſtro *Acelino*, eius quoque memores ſeruitii tres regales manſos in beneficio ſuo, in loco etiam qui dicitur *Wiezzenregen* ſumendum, et adverſus eundem locum in altera ripa preterlabentis fluminis unum molendinum in *Pago Champriche* et in Comitatu *Sizonis Comitis*, cum omnibus ſuis pertinenciis in proprium tradidimus, areis, Edificiis, agris, Pratis, campis, paſcuis, ſiluis, Venationibus, aquis *chudratiſpach*, aquarumue decurſibus, molis, molendinis, Piſcationibus, terris, cultis et incultis, uiis et inuiis, queſitis et inquirendis, exitibus et reditibus, et cum omni iure, et utilitate que ullo modo inde poterit prouenire, ea uidelicet lege, ut prenominatus ſeruiens noſter *Acelinus* liberam deinceps poteſtatem habeat optinendi, tradendi, commutandi, precariandi, uel quicquid illi inde placuerit, faciendi. Et ut hec noſtra imperialis traditio, ſtabilis et inconuulſa omni permaneat euo, hanc cartam inde conſcriptam manu propria corroborantes. Sigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.

 Signum

Signum domni *heinrici* tercii regis inuictiſſimi, ſecundi Romanorum auguſti Imperatoris.

Data XII. Kl. mart. Anno domini incarn. M. L. Indictio III. Anno autem domni *Heinrici* tercii regis, Imperatoris ſecundi, Ordinationis eius. XXI. regni quidem XI. imperii autem IIII. In nomine domini. Actum *Goſlarie* feliciter amen.

Wintherius cancellarius uice *Bardonis* archicancellarii recognoui.

Num. XXXVIII. Conceſſio Predii Aſingun in Pago Chunzingovve. An. 1067.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. *Heinricus* diuina fauente clementia rex. Notum ſit omnibus chriſti noſtriſque fidelibus tam futuris quam preſentibus. Qualiter nos pro amore diuino animeque patris noſtri remedio. Inſtinctu quoque fidelis noſtri *Gebehardi* Salzburgenſis Archi epiſcopi. et *Altmanni* Patavienſis epiſcopi aliorumque fidelium noſtrorum mulieri cuidam *Langvvick* nominate predium quoddam *Aſingvn* dictum. in pago *Chonzingovve.* et in Comitatu *Ekkiberti* comitis ſitum. cum omnibus appendiciis ſuis. hoc eſt utriusque ſexus mancipiis. uineis. agris. pratis. campis. paſcuis. ſiluis. uenationibus. foreſtis foreſtariis. terris cultis et incultis. aquis aquarumue decurſibus. molis molendinis. piſcationibus. exitibus et reditibus. uiis et inuiis. queſitis et inquirendis. omnique utilitate in proprium dedimus. confirmauimus. perpetuo iure poſſidendum conceſſimus. Ea uidelicet ratione. ut nullus ſucceſſorum noſtrorum imperator: ſiue rex. dux, marchio. comes. aut alia maior

uel

uel minor perſona illud auferre. alienare. aut ullo modo preſumat inquietare. Sed mulier prefata eiusque liberi habeant poteſtatem liberam tenendi. precariandi. commutandi. tradendi. uendendi. uel quicquid ſibi placuerit faciendi. Et ut hec regalis traditio ſtabilis et inconuulſa omni permaneat euo. hanc cartam ſcribi. manuque noſtra corroboratam ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.

(Monagramma) Signum domni *Heinrici* quarti regis.

Sigehardus cancellarius vice *Sigefridi* archicancellarii recognoui.

Data Anno dominice MlL. LXVII. Indict. V. Anno autem *ordinationis* domni *Heinrici* quarti regis. XV. Regni * XI. *Actum* Ratiſpone.

* Sigillum ſub N. 17.

Num. XXXIX. Memorabilis compenſatio Mutui facta ab Imperatore. An 1079.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. *Heinricus*. diuina fauente clementia Rex. Eccleſiarum iuſta eſt conſuetudo, et ſancta, ut ex hiis quibus ſepe habundant, dei nutu, argenti *vel* auri theſauris indigentibus ſuccurrant tempore neceſſitatis, que tamen ne detrimentum patiantur, recipere debent dignis commerciis, quod inter nos et *altahenſem* eccleſiam actum eſt. Nam ituri in expeditionem non habuimus omnia neceſſaria que a dilecto abbate noſtro *Waltgero* ex hiis que habuit *altahenſis* eccleſia in auro et argento, nobis mutuo ſunt conceſſa. at nos

de

de reditu incerti, de dampno eccleſie timidi, de ſalute anime ſolliciti, predium quoddam nomine *Peringen* ſitum in *pago Briſgovve* in comitatu *Cvononis palatini Comitis* cum omnibus appenditiis, hoc eſt utriusque ſexus Mancipiis, areis, edificiis, Pratis. Paſcuis, terris cultis et incultis, uiis et inuiis, vineis, ſilvis, venationibus, aquis, aquarumue decurſibus, molis, Molendinis, exitibus et reditibus, queſitis et inquirendis, ac cum omni utilitate, que uel ſcribi uel nominari uel cogitari poterit. Sancto Mauricio regni patrono, cuius nomine eccleſia *Altahenſis* notatur, in uſus fratrum ibidem deo ſeruientium, in proprium tradendo firmauimus, firmando tradidimus. Ea autem conditione dedimus, ut ſi forte idem predium commutando recipere uoluerimus, nullam controuerſiam iu hoc ſentiamus, ita tamen ut non pecunia redimamus, ſed aliis prediis eidem *Altahenſi* eccleſie recompenſemus in tantum, ut familia eccleſie fateatur, quod nullum dampnum incurrerit, ſed omnem pecuniam quam uel in auro, vel in argento eccleſie prefatus abbas nobis preſtitit equiualente prediorum precio a nobis receperit. Si uero nos de hac uita priusquam hoc fiat migrauerimus, nullus heres noſter nec alia perſona de predio *Peringen* ſe intromittat, ſed eccleſia *Altahenſis* eternaliter poſſideat. Cuius traditionis conditionisque teſtem cartam preſentem ſcribi iuſſimus, quam ut infra uidetur, propria manu noſtra corroboratam et ſigilli noſtri impreſſione inſignitam omnibus ſeculis reliquimus. Anno dominice incarnationis. M.LXX. VIIII. Indictione II. XVII. Kl. Septem. Data. Anno autem ordinationis domni *heinrici* quarti regis. XXVIII. Regni XXIIII.

Actum *Nvrinberc.* feliciter in Chriſti nomine amen.

Num.

Num. XL. Confirmatio Traditionis de Monte S. Gotehardi factæ. An. 1146.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. *Cunradus* Diuina fauente Clementia Romanorum Rex Secundus.

Si ad reformandum cultum divine Relligionis conſilio et petitioni Religioſorum acquieſcentes aſſenſum, et opem contulerimus, id nobis in preſenti ad firmam regni noſtri ſtabilitatem, et in futuro ad eternam remunerationem profuturum eſſe non dubitamus. Ea propter omnium, tam futurorum, quam preſentium noverit induſtria, qualiter nos conſilio, et petitioni dilecti noſtri *Cunradi* Abbatis de *Altaha*, nec non *Willehalmi* Religioſi viri aſſenſum prebentes, *montem*, qui dicitur *Sancti Gotehardi* cum circumiacentibus agris, pratis, paſcuis, ſilvis, cultis, e incultis, aquis, aquarumque decurſibus, et cum omni demum utilitate, que infra hos terminos in preſenti haberi, et in futuro elici poterunt, quos predictus fidelis noſter *Cunradus* Abbas in privilegio ſuo diſtinxit, et ad uſus fratrum in monte Sancti Gotehardi Domino ſervientium contradidit, Nos quoque regia authoritate traditionem illam confirmamus, edicto regali ſtatuentes, ne aliquis ſucceſſorum noſtrorum Regum, ſeu Imperatorum, aut alia quelibet perſona magna, ſeu parva predicti Abbatis donationem, et noſtre auctoritatis conceſſionem infringere preſumat, ſed fratres in prefato monte Domino ſervientes omni futuro in poſterum tempore predictum fundum libera, et quieta poſſeſſione obtineant. Et ut hec noſtra conceſſio firma permaneat, hanc cartam inde conſcriptam inpreſſione ſigilli noſtri conſignari iuſſimus, nec non et Teſtes annotari, ſub quorum preſentia hec

acta, et firmata ſunt, fecimus. Quorum nomina hec ſunt, *Heinricus Ratisbonenſis* Epiſcopus, *Heinricus Moravienſis* Epiſcopus, *Eberhardus Babenbergenſis* Epiſcopus, *Adam Ebracenſis* Abbas, *Heinricus Dux* Bauarie, *Otto Palatinus* Comes, *Heinricus Prefectus ratiſponenſis*, *Hervvicus* Comes.

Signum Domini *Cunradi* Romanorum Regis ſecundi. Epo *Arnoldus* Cancellarius, uice Henrici Moguntini Archiepiſcopi et Archicancellarii recognoui.

Data IIII. Idus Julii, Indictione VIIII. Anno Dominice Incarnationis MC. XLVI. Regnante *Cunrado* Romanorum Rege ſecundo. Anno regni eius Nono. Actum in Epiſcopatu ratiſponenſi in Chriſto feliciter. Amen.

* Sigillum N. 19.

Num. XLI. Pontificia Confirmatio plurium Parochialium Eccleſiarum. An. 1148.

Eugenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis, *Conrado* Abbati Monaſterii S. Mauritii *Altahenſis*, eiusque fratribus tam preſentibus quam futuris monaſticam vitam profeſſis in perpetuum. Quoties illud a nobis petitur, quod rationi et honeſtati convenire dinoſcitur, animo nos decet libenti concedere, et petentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium. Ea propter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, et prefatum monaſterium, in quo diuino mancipati eſtis obſequio, ſub beati Petri et noſtra protectione ſuſcipimus, et preſentis ſcripti patrocinio communimus, ſtatuentes, ut quascunque poſſeſſiones, quecunque bona in preſentiarum juſte et canonice poſſidetis, aut in futurum conceſſione Pontificum,

cum, Largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poteritis adipiſci, firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſias videlicet de *Zaia*, de *Abbatisdorff* de *Grie*, de *Chunezen*, de *Caſſen*, de *Mynchendorff*, de *Iſerhouen*, de *Puchouen*, de *Walenſtorf*, de *Erlbach*, de *Sinichingen*, de *Mundriching*, de *Ingolteſtat*, de *Otelingen*, de *Wilbach*, de *Peringen*, de *Uſterlingen*, de *Peirbach*, de *Metmenhuſen*, de *Ibach*, de *Suarza*, de *Pfolingen*, de *Paſchingen*, de *Suarza*, de *Rorbach*, de *Urbach*, de *Lalling*, de *Tundorf*, de *Aicha*, de *Wincklingen*, *de Regen*, de *Monte S. Godehardi*, de *Neſzelbach*, de *Haidolfsigen*, de *Cella*, *Montem S. Marie de Ceholuinge*, *Runchene*, *Tagmarſpach*, *Winchingen*, *Hohenoe*, *Aſpach*, cum vineis et portu, Vineas de *Spizze*, *Shonheringen*, *Oteneshaim*, *Gerlochesperch*, *Wiſſenſingen*, *Mannendorf*, *Hordorf*, *Rauuenſtetten*, *Ranzingen*, *Parshalcheſſriegen*, *Kadingen*, *Adelboldingen*, *Aſingen*, *Zalligen*, *Teuuelſperch*, quidquid juris habetis in *Halla*. Preterea quacunque bona tam in decimis quam familiis iuſte et canonice poſſidetis, vobis nihiominus confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet moleſtis fatigare, ſed omnia integra conſeruentur, eorum, pro quorum gubernatione et ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Salua ſedis Apoſtolice auctoritate, et Dioeceſanorum Epiſcoporum canonica reuerentia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, Secularisue perſona hanc noſtre conſtructionis paginam ſciens contra eam venire tentauerit,

ſecundo tertioue commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendauerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, et a Sacratiſſimo corpore et Sanguine Dei et Domini noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud diſtrictum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

Ego *Evgenius* catholice eccleſie epiſcopus &c.
Ego *Oddo* diacon. Carninalis S. Gregorii ad uellum aureum &c.
Ego *Octauianus* diac. card. P. Nicholai in carcere tulliano. &c.
Ego *Gregorius* diac. card. S. angeli &c.
Ego *Jacintus* diac. card. S. Marie in Cosmedin &c.

Datum *Remis* per manum *Guidonis* S. Romane Eccleſie card. et cancellarii III. Kal. Aprilis. Indict. XI. Incarnationis Dominice Anno MCXLVIIII. Pontificatus vero Domini *Eugenii* PP. III. anno IIII.

Num. XLII. Aduocatiæ et Inueſtituræ in Abbatiam altahenſem ab Imperio transfertur ad Epiſcopatum Bambergenſem. An. 1152.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. *Fridericus* diuina fauente clementia Rex Romanorum. Quia placuit altiſſimo, ut nos unctione miſericordie ſue injungeret, et regni faſtigio ſub-

ſublimaret, nos quoque Eccleſias Dei et perſonas Eccleſiaſticas, more predeceſſorum noſtrorum Regum et Imperatorum, regali munificentia honorare et exaltare decreuimus. Quapropter pie petitioni et deſiderio dilecti et fidelis noſtri *Eberhardi* ſecundi *babenbergenſis* Epiſcopi acquieſcentes, Abbatiam noſtram *Altaha* dictam, tam in temporalibus quam in Spiritualibus, peccatis exigentibus omni jam pene ſolatio deſtitutam, ad ſubleuandum religionis caſum predicto fideli noſtro, eiusque ſucceſſoribus et ſancte babenbergenſis Eccleſie poteſtatiue contradimus, ob noſtram videlicet et Domini ac patrui et predeceſſoris noſtri *Chunradi* Regis ſecundi, in predicta Eccleſia corporaliter quieſcentis *jugem* et perpetuam recordationem. Statuimus igitur, *ut pretaxatus Babenbergenſis Epiſcopus Eberhardus*, vel quicunque eidem canonice ſucceſſerit, predicti monaſterii Abbatem inueſtiat. aduocatiam quoque miniſtrabilibus et omnibus utriusque ſexus mancipiis, aliisque rebus quibuslibet ad predictam Abbatiam pertinentibus, in jus et proprietatem ſepe iam dicte Babenbergenſis Eccleſie transfundimus. Adiicientes ſpecialiter, ut Abbati et Monachis ſuis ſtipendia ſua intacta et imminuta permaneant. Ea vero, que fiſco exinde annuatim ſoluebantur, in uſum Epiſcopi de cetero tranſeant, quatenus Epiſcopus vice Abbtis plenius et deuotius Curie Regali deſeruire et neceſſititatibus predicti Monaſterii commodius et uberius prouidere valeat. Ut autem hec traditio rata et inconuulſa omni euo permaneat, preſentem paginam conſcribi, et ſigilli noſtri impreſſione ſignari fecimus. Teſtes ſunt *Arnoldus* Colonienſis Archiepiſcoqus. *Hermannus* conſtantienſis Epiſcopus. *Ortliebus* Baſilienſis Epiſcopus. *Guuinebaldus* Corbeienſis Abbas. *Adelbertus* Marchio Saxonie. *Marckvvar-*

vvardus de *Grumbach*. Actum Aquiſgrani Anno Incarnationis Dominice M CLII. Indict. XV. IIII. Idus Martii. Regnante Domino *Friderico* Rege Romanorum anno I. Data per manum *Arnoldi* cancellarii, vice archicancellarii *Heinrici* Moguntinenſis Archiepiſcopi.

Num. XLIII. Prerogativa Canonici cathedralis et collateralis Bambergenſis in perpetuum confertur Abbatibus Nideralt. An. 1153.

E*berhardus*. Dei gratia babenbergenſis eccleſie epiſcopus ſeccundus. Notum eſſe cupimus omnibus chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, qualiter miſericordia Dei de celo proſpiciente per gratiam regni et eccleſie Romane confirmationem in poſſeſſionem *Altenſis* monaſterii introiuimus, et inſidiis diaboli qui et noſtris et fratrum altenſium profectibus inuidebat, euacuatis, motibusque cunctis qui inde emerſerant, auctore deo pacificatis, laborantes in ſpe que non confundit, ad portum tranquillitatis peruenimus. Domnus enim *Polizlaus* ven. Abbas *Altenſis* monaſterii, inſpirante deo, cum monachorum et clericorum ſuorum pariterque miniſterialium, honeſtiſſimo comitatu, nos et Eccleſiam noſtram adiit, et in ſolempnii celebritate purificationis beate Marie virginis. altenſis monaſterii ditionem nobis recognouit, et eius inueſtituram a nobis recognouit, et eius inueſtituram a nobis recepit, conſentientibus uniuerſis Altenſibus, qui aderant per ſe et abſentibus monachis clericis et miniſterialibus. Nos quoque predictum *Abbatem uirum nobilem tam moribus quam genere in confratrem et concanonicum pre ceteris abbatibus conſenſu to-*

cius

eius capituli noſtri recepimus, et eum ſucceſſoresque eius abbates nobis et noſtris ſucceſſoribus collaterales ſemper eſſe decreuimus. De cetero ſtatuimus, ut Monachi, clerici, et miniſteriales ſine diſturbatione permaneant, unusquisque in ſuo ordine, et nulli ſucceſſorum noſtrorum liceat illis inuitis aut tollere, que ſua ſunt, aut iura eorum niſi in melius ex conſenſu communi commutare. Quodſi aduocatus heredem non habuerit, miniſteriales ultra de iuſticia aduocati, ad neminem reſpectum habeant, ſicut et ceteri omnes babenbergenſis eccleſie miniſteriales. In contractibus nuptiarum, emptionum, venditionum, et traditionum, cum ceteris noſtris miniſterialibus *equali* federe et ſocietate permaneant, ſaluo hinc inde per *omnia* iure epiſcopi et Abbatis. Ut autem hec omni euo *illibata* permaneant, ſcripti pariter et ſigilli noſtri auctoritate roborantes confirmamus et conſtabilimus. Teſtes ſunt horum maioris eccleſie Canonici. *Vdalricus prepoſitus*, de ipſa domo. *Volmarus decanus. Bruno* epiſcopus. *Livpoldus* prepoſitus ſancti Stephani. *Cuonradus* prepoſitus ſancte *Marie. Giſelbertus* archipresbyter, *Hermannus* et alii. Abbates. *Helmericus* de ſancto Michaele. *Erbo* Prvuiningenſis. *Hartungus* Michilfeldenſis. *Hartnidus* Enteſtorfenſis. *Gerhardus* Windebergenſis. Liberi. *Adeloldus Walpoto* et filius eius *Fridericus. Regenoldus* frater epiſcopi. *Fridericus de Lutenbach.* Et *Otto* frater eius. *Heinricus de Oteloheſtorf.* et frater eius *Meingoz. Addelbero. Wirſinc. Oudalricus de Calvvenberc. Sigeboto de Wuontengeſeze.* Miniſteriales. *Hermannus Slichere. Pillunc* et *Gondeloch* frater eius. *Gotebolt de Oſterhouen. Herdegen de Wiſentovve.* et fratres ſui. *Eberhardus de ſteine* et filius eius *Eberhart. Cuonrat camerarius. Ratloch* filius Pillungi.

Adel-

Adelbero de Purgelin. Heinrich de Eiske. et alii quam plures.

(L.S.)

Actum *Babenberg* anno incarn. dn'ce M. centeſimo LIII. Indict. XV. IIII Nonas Febr. Anno regni doni Friderici regis Romanor. primo.

* Sigillum integrum et prorſus illaeſum appreſſum eſt ipſi Membranae ſub. N. 20.

Num. XLIV. Eugenii III. Confirmatio Aduocatiæ ad Epiſcopum Bambergenſem ab Imperio translatæ. Circa an. 1153.

E*ugenius* Epiſcopus ſeruus | ſeruorum dei, Venerabili *fratri Eberhardo Babenbergenſi* Epiſcopo ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Que a regibus uel aliis catholicis principibus, deuocionis intuitu, et racionabili prouidencia legitime ſiunt, in ſua volumus ſtabilitate ſubſiſtere, et ut futuris firmiter obſeruentur temporibus, confirmacionis noſtre munimine roborare. Proinde dilecte in domino frater racionabilibus tuis poſtulacionibus gratum impercientes aſſenſum, inueſtituram et aduocaciam Abbacie de *Altaha, que regie dignitati competebant, et ea que fiſco regio, ex eadem Abbacia annuatim ſoluebantur,* predeceſſoribus tuis ablata, et nunc a cariſſimo filio noſtro *Fridrico* Romanorum Rege, tibi et per tue Eccleſie reſtituta, fauoris uoſtri aſſercione firmamus, et ratam atque inconuulſam, perpetuis temporibus manere decernimus, ita tamen, ut iura et ſtipendia eiusdem Abbacie, Abbati et monachis

machis debita, omni tempore imminuta et illibata permaneant, ſaluo iure *Pataujenſis* Epiſcopi. Nulli igitur omnino hominum fas ſit, prefatorum reſtitucionem temerario auſu infringere, ſev modis quibuslibet perturbare. Quecumque igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisue perſona, id adtemptare preſumpſerit, ſecundo tercioue commonita, niſi preſumpcionem ſuam, digna ſatisfactione correxerit, indignacionem omnipotentis dei, et beatorum Petri ac Pauli apoſtolorum eius incurrat, et excommunicacionis vinculo ſubiaceat. *Sigine.* XVII. Kal. Julii.

Num. XLV. Imperialis confirmatio predictæ translationis. Anno 1154.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. *Fridricus* diuina clemencia fauente Rex. Si ad culmen qui uel omnia ſua vel etiam dimidium ſubſtancie ſue deo offerunt, pertingere non valemus, aliquatenus tamen ad ea commerita vbi temporalibus fenerantur eterna, ſub faſce regalis magnificencie ſuſpirantes, eccleſias dei ſublimare et ampſificare intendimus, ibi autem impenſius, vbi tam in Dei quam in regni ſeruicio, ſtudia propenſiora aduertimus. Inde enim quod eccleſiam *Babenbergenſem* longo retro a noſtris predeceſſoribus dicione *regalis Abbacie Altaha*, prout ſcriptis veracibus oſtenditur, honoratam, non tamen eandem plenarie uſque ad nos confecutam, tam miſericorditer quam iuſte reſpeximus, et ei ius ſuum in prefata Abbatia *conſilio et conſenſu Principum Ratiſpone in curia ſollempni* per manum comitis *Bertolfi* de *Andechſe*, ad hoc nobis in aduocatum electi, confirmauimus. Quibusdam

autem de illa Abbacia obmurmerantibus et ob hoc partibus in iudicium uocatis et contradictoribus contumaciter propter cauſam diffidencie abſentatis: adiudicante *Heinrico* Ratiſponenſi Epiſcopo, et conſencientibus qui aderant regni principibus fidelem et familiarem noſtrum *Eberhardum* ſecundum Eccleſie *Babenbergenſis* Epiſcopum, iure predicte Abbacie *Scalbonine*, reinueſtiuimus, et ex ſentencia curie per aduocatum loci *Bertoldum de Pogen* in poſſeſſionem monaſterii *altenſis* introduci iuſſimus. Hiis autem omnibus rite conpoſitis. ac poſtmodum Abbate *Polizlao*, monachis quoque, clericis, et miniſterialibus, cum omni obediencia et beniuolencia acquieſcentibus, eandem Abbaciam *Altaha* ſepe nominatam, in pago *Chunzengœvve*, in comitatu Comitis *Ekkberti* ſitam, denuo per manum *Bertolfi* de *Andechſe* ad altare ſancti Petri *Babenberch*, celebrata ibidem Purificacione beate Marie, cum omni ſtabilitate et auctoritate tradidimus. obtentu videlicet prefati *Babenbergenſis* Epiſcopi, ob memoriam domni patrui ac predeceſſoris noſtri *Chunradi* Regis. II. qui in illa Eccleſia ſepultus eſt. Et tam deuotum quam continuum, quod Eccleſia *Babenbergenſis* regno impendit ſeruicium, aduocaciam nichilominus, quam *Bertolfus* nobis reſignauit, eius rogatu *Babenbergenſi* Epiſcopo confirmamus, ſtatuentes et firmiter precipientes, vt per omnem temporum ſucceſſionem omnibus ad eandem Abbaciam ſiue Aduocaciam ſpectantibus, iura ſua illibata conſeruentur, et nullum grauamen in iuſticia uel condicione ſua, ab Epiſcopo uel Abbate ſiue Aduocato paciantur. Que ut omni euo rata et inconuulſa permaneant, preſentis pagine ſcripto, et ſigilli noſtri impreſſione roborari precepimus. Teſtes ſunt horum. *Arnoldus* Magoncienſis Archiepiſcopus. *Eberhardus*

Salz-

Salzburgenſis Archiepiſcopus. *Hillinus* treuirenſis Archiepiſcopus, et alii quam plures. Data III, Non. Febr. Anno dominice incarnationis. M. C. LIIII. Indict. II. Anno regni *Fridrici* Regis. II. Actum *Babenberch* feliciter Amen.

Num. XLVI. De non conſtituendis ſubadvocatis, et ademta iisdem Jurisdictione. Circa an. 1156.

A*drianus* papa IIII.

Nos felicis memorie predeceſſoris noſtri pape *Eugenii* ſtatuta et Kariſſimorum filiorum noſtrorum *Conradi* quondam et *Friderici* Auſtrium romanorum Regum ſanctiones et precepta ſequentes. qui nullum de cetero in teotunico regno ſubaduocatum ſuper aliquas Eccleſias decreuerunt et inhibuerunt debere conſtitui. omnibus ſubaduocatis in Eccleſiis regni predicti omnimodam abiudicamus iurisdictionem ſiquam niſi ſunt in ipſis Eccleſiis hactenus habuiſſe..

Num. XLVII. Eccleſiæ Bambergenſi firmatur Jus inveſtiendi Abbates Nideraltacenſes. An. 1160.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. *Fridricus* diuina fauente clemencia Romanorum Imperator auguſtus. Cum omnes fideles et deuotes imperio digna ſuis meritis ſperare a noſtra celſitudine conueniat. ſciri volumus ab omnibus per vniuerſum imperium noſtrum tam futuris quam preſentibus, qualiter *Eberhardus Babenbergenſis* Epiſcopus continuo et fideli ſeruicio emeruit, vt ſibi ſuisque ſucceſſoribus et Eccleſie *Babenbergenſi* traderemus Monaſterium *Altaha*. quod in Epiſcopatu

patu *Pataviensi*, in pago *Chunzengavv*, in honore ſancti Mauricii, et ſanctorum martyrum Thebeorum, ſundatum eſt, ad hanc ipſam bone voluntatis et imperialis munificencie materiam, accedente et inpellente neceſſitate euidentiſſima. Et quidem id ipſum Monaſterium *Altaha*, ex multis opibus ad tantam inopiam et ad tantum defectum deuenerat, vt Abbas et monachi, nec ſeipſos victu et veſtitu gubernare, neque imperio debitum ſeruicium, ullatenus exhibere ſufficerent, diſtractis et ad nichilum pene redactis rebus eiusdem Monaſterii, non ſolum mobilibus, ſed etiam immobilibus. Hac occaſione prouidaque nutu dei diſpenſatione, Abbate quidem *Bolizlao* et monachis primo renitentibus, poſtmodum autem una cum aduocato, et miniſterialibus benigne conſencientibus, monaſterium illud cum aduocatia et miniſterialibus et integraliter cum omnibus illuc pertinentibus, que noſtri iuris erant, tam eccleſiaſticis quam ſecularibus prenominato *Eberhardo Babenbergenſi* Epiſcopo, ſuisque ſucceſſoribus et Eccleſie *Babenbergenſi* ſubjecimus, omne ius noſtrum, inibi intuitu pietatis eo transferentes vnde certiſſime et commodiſſime poſſet ſubleuari, nec deteriorem hanc, ſed meliorem reputantes ipſius monaſterii condicionem. Statuimus ergo ut Epiſcopus *Babenbergenſis* quicumque pro tempore fuerit, illud monaſterium absque moleſtia, et absque omni contradictione poſſideat, ipſe Abbatem, quicumque ibi preeſſe debuerit, noſtra largicione ſub homagio regalibus inueſtiat, ipſe advocatum ibidem ponat et deponat, ſi reprobus exſtiterit, ipſe canonem antiquum fiſco exinde debitum, quod *ſeruicium regale* uulgo dicitur, in uſus ſuos annuatim retorqueat, liberam habens facultatem diſponendi inde et faciendi, quod ſibi placuerit, ad ſuas et ſue *Babenbergenſis*

Eccle-

Eccleſie commoditates, que quanto frequentius et ferbencius deſeruit imperio, tanto propenſiorem gratiam ab imperio ſuis debet promereri laboribus. Vt autem hoc tractu temporis nullatenus poſſit euaneſcere, perpetuam ei firmitatem et auctoritatem adiecimus, preſentis ſcripti annotatione inuiolabili, per dei miſericordiam, ſigilli noſtri corroboratione. Ego *Regenoldus* Colonienſis Eccleſie electus et ytalie Archicancellarius recognoui. Datum *Papie*. XVI. Kal. Marcii. Indictione. VIII. Anno dominice Incarnationis. M. C. LX. Regnante domino *Friderico* Romanorum Imperatore, glorioſiſſimo. Anno regni eius. VIII. Imperii vero. V.

Num. XLVIII. Jura civitatis Patavienſis, Burgerrecht, et Immunitas thelonei conferuntur Monaſterio intuitu Hoſpitalitatis. Anno 1200.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. *Wolfkerus* dei gratia Patauienſis Eccleſie epiſcopus *Amen*. Pontificali congruit officio monaſteria in quibus fratrum religioſorum cumulus deo ſeruit cum iocunditate ſtudio pietatis reſpicere ipſorumque commoditatibus ubi oportunum fuerit prouidere. Ea propter venerabilis in Chriſto fratris domni *Dietmari* in *Altahenſi* cenobio ſancti Mauritii Religioſi abbatis ſuique conuentus beatam uitam et pariter honeſtatem nos aduertentes, recolentes etiam non indebite *multa hoſpitalitatis ſeruicia* que ipſi nobis aliquotiens per monaſterium ſuum tranſeuntibus exhibuerunt recognoſcimus eis atque epiſcopali concedimus auctoritate quod habeant ius ciuium noſtrorum in *Patauia* ſicut

et temporibus predeceſſorum noſtrorum epiſcoporum habuiſſe noſcuntur, hoc uidelicet quod naues bona eorum portantes libere ac ſine datione thelonei quod *muta* dicitur aput nos tranſeant et ſiquid aliud iuris ciues Patauienſes in ciuitate habeant ex iure quod *Purchreth* appellatur predicti Monaſterii fratres idem habeant tam preſentes quam futuri eis regulariter ſubſtituendi. Quod ut etiam perpetua debeat ſtabilitate gaudere preſentem paginam inpreſſione ſigilli noſtri roboratam in teſtimonium eis tradimus, ſtatuentes ut nulli officiatorum noſtrorum aut etiam alii perſone ſeculari uel eccleſiaſtice liceat hoc tam noſtre quam antique ius infringere conceſſionis. Teſtes ſunt. *Meingotus archidiaconus prepoſitus in Mvenſter. Hartnidus Maticenſis prepoſitus. Heinricus. Chvnradus. Arnoldus*. Canonici. *Richkerus de Weſin. Heinricus* Judex. *Albertus* puer. *Tiemo de Pvchinperge. Meinhalmus de Wacimanniſtorf. Ovlricus prencinger. Dietricus ſcrotar. Heinricus Motar. Waltherus Iſinar. Chvnradus pvrar. Egilolfus de Svvarzahe. Rapoto ſturm* et alii quam plures.

Datum *Patauie* per manum notarii noſtri *Alberonis*. V. Kaln. Octobris Anno dominice Incarnationis. M. CC. Indictione. III. Pontificatus noſtri anno. X. preſidente Romane ſedi domno *Innocentio* tercio. Regnante domno *Philippo* ſecundo Romanorum Rege feliciter.

* Sigillum N. 22.

Num.

Num. XLIX. Incorporatio Parochie Kirchperg facta authoritate Epiſcop. An. 1204.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. *Wolſkerus* dei gratia Pataujenſis epiſcopus omnibus chriſti fidelibus perpetuam in uero ſalutari ſalutem. Dignum eſſe recognoſcimus ex officio pontificali quod nobis a deo quamuis indignis eſt iniunctum, ut loca religioſa cum ipſorum prelatis et ceteris in eis deo famulantibus, pio affectu fouere debeamus et eorum indigentii ad ampliandum in eis diuinum cultum euidenti ſecundum noſtram poſſibilitatem effectu ſubuenire. Hinc eſt quod notum eſſe cupimus uniuerſo tam in futuro quam in moderno tempore Katholice fidei populo qui preſentis pagine recitationem audierit quod nos conſiderantes honeſtam et bonam uenerabilis et Dilecti fratris noſtri uidelicet *Popponis* abbatis ecclefie ſancti Mauritii in *inferiori Altha* et ſuorum conuentuum ſcilicet in eadem eccleſia et in *Rimmichina* uitam et conuerſationem et *liberalem hoſpitalitatem* quam ipſi cunctis aduenientibus exhibere conſueuerunt, eidem abbati ſuisque ſucceſſoribus de communi chori noſtri conſenſu contulimus in perpetuum omne ius parochiale quod nobis in eccleſia in monte ſancti *Godehardi* in *Kirchperch* et in eius filia uidelicet eccleſia *ſancte Marie in ſilua* pertinebat, ſcilicet *Kathedraticum et albergarias* in uiſitationibus epiſcopalibus et curam animarum ita tamen ut quilibet Altahenſis abbas hec a nobis et noſtris ſucceſſoribus in memoriam huius gratie deuote ſuſcipiat. Et hec quidem deputauimus in uſus fratrum in *Rimmichina*, ita ut ibi ſemper diuina per unum de fratribus eiusdem cenobii procurentur, cui etiam per ipſum abbatem animarum

cura

cura gerenda committatur. Nec ſub ſilentio pretereundum eſt quod idem Abbas ante hanc noſtram donationem in prememorata matrici eccleſia ivs patronatvs habebat et ideo nos eo conuenientius eum et predictos fratres ſuos hac conſolatione reſpeximus ut ipſi eo quantulocunque ſuffulti ſubſidio, partim melius poſſint in ſua copioſa bonitate perdurare. Vt itaque cuncti noſtri ſucceſſores hanc noſtram donationem ratam et inconuulſam curent obſeruare, preſens inſtrumentum ſuper ea ſcribi fecimus et cum ſequenti ſubſcriptionum munime ſigillo noſtro roborari. Inſuper ad habundanciorem eis pacem adiecimus, ut ſiqua uel eccleſiaſtica ſiue ſecularis perſona preſumpſerit hoc pietatis noſtre factum ſuggeſtionibus, aut actibus irritare auctoritate Dei omnipotentis et noſtra in perpetuum anathematis uinculo ſit innodata, ita ut cum ab hoc ſeculo migrantem os inferni ſuſcipiat, et in die nouiſſimo reproborum caternis adunetur, quibus *Ite maledicti in ignem eternum* terribili chriſti uoce dicetur. Ego *Heinricus Decanus*, Laudo et ſubſcribo. Ego *Heinricus Rikza* l. e. ſ. Ego *Arnoldus* l. e. ſ. Ego *Ekalkous* l. e. ſ. Ego *Thuno* l. e. ſ. Ego *Ortolfus* l. e. ſ. Ego *Chunradus* l. e. ſ. Ego *Arnoldus* l. e. ſ. Ego *Albero* l. e. ſ. Ego *Chunradus* l. e. ſ. Ego *Gotfridus* l. e. ſ. Ego *Vdalricus* l. e. ſ. Ego *Othacckarus* l. e. ſ. Ego *Heinricus* l. e. ſ. Ego *Heinricus* l. e. ſ. De Laicis hii ſunt teſtes. *Eberhardus comes de Dornberch. Heinricus liber de Poumgartin.* De miniſterialibus. *Richgerus de Weſin. Liutoldus de Sauerſteten*, et ſuus filius L. *Manegoldus de Aheim. Heinricus de Lonſtorf. Chunradus de Pühel. Walchunus de Herdinge. Altgerus* et frater ſuus *de Waldecce*, et alii quam plures in quorum preſentia hec confirmata ſunt.

Acta

Acta ſunt Dominice Incarnationis. M. CC. IIII. Indictione. VII. Anno vero pontificatus noſtri XIIII. In choro Patavienſi.

Num. L. Recompenſatio damnorum Monaſterio facta per Albertum Com. de Bogen. 1207.

Agnoſcat generacio preſens et percipiat futura, quod ego *Albertus comes de Bogen* cum quodam tempore rerum Kariſtia in prouincia noſtra nimis inualuiſſet. domnum *Popponem* abbatem, quem tunc *altachenſi* Monaſterio inferiori preeſſe uidebatur, in frumento tantum et vino tum mutuo acceptis, tum *violenter* illi ablatis *amplius ducentis libris* dampnificavi. *Poſthac* frequentes illius querelas non paſſus, quibus onerare et *prodere* me Domino Regi et Duci non deſiuit, rerum ſuarum dampna conſultis familie mee honeſtioribus digno reſtauracionis impendio compenſare diſpoſui, et preſentibus mediantibusque terre Baronibus ante placitum, quod habiturus erat. *Dux Lodevvicus* in *Strvbingen*, tres curtes de patrimoniis meis que in ſortem mihi preuenerant, quando poſſeſſionum noſtrarum facta eſt diuiſio inter me et fratres meos, cum omni jure proprietatis ſibi, ſucceſſoribusque ſuis in ſempiternum contuli, Curtem videlicet vnam in *Yſarstorf*, quam continuo abſolute poſſedit. Secundam, que in *viqinti talentis* a dno *Ottone de Ratolſtorf* tenebatur in pignore. terciam, qua racione ſui officii *Chvnradum de Peutzchoven dapiferum* meum infeodaueram, ſibi abſoluere debui. Inſuper predium unum, quod adhuc indiuiſum erat inter nos, ſi in ſortem mihi illud caderet, pretaxatis curtibus ſub nomine proprietatis adicere certiſſime ſpopondi. Quod ſi caſu aliquo ſive animo meo permutato ſiue quolibet

impedimento dignum non conſequeretur effectum - miniſteriales mei in pagina ſubnotati in *centum talentis* per ſacramentum Juris jurandi abbati tenerentur obligati certo tempore dandis. Porro quod factum iſtud fortioris et inſolubilioris eſſet firmitatis, prenominata bona cum omni vſu et proprietate, ſicut antea feceram, *preſentibns terre primoribus* manu poteſtatiua, nullo contradictionis impedimento obſtante, altari Sancti Maurici in *Altach* abſolutiſſime in perpetuum delegaui. Igitur ne rem taliter geſtam et facti ſolemnitatem cuiusquam in futurum valeat impugnare ſeu lacerare calumpnia, preſentem ſcripturam ſigilio meo roborari et autenticare volui. Teſtes autem huius facti ſunt. *Comes Rapoto, et frater eius Henricus. Comes de Ortenburch. Dns Kalhokus de Chyrperch. Dns Altmannus de Helngerſperg. Gozpaldus de Schonenſtein. Gerhoh de Frememlinsberg. Bertoldus de Stainperch. Chunradus Dapifer. Heinricus Pfolinger. Heinricus Polmer. Ebo de plaude. Henricus Judex et frater ſuus Rvdolfus. Perchtoldus de Mitternfels.* Acta ſunt hec Anno incarnati Verbi M. CC. VII. Indictone X. concurrentibus VII. exiſtentibus *

Regnante Rege *philippo* feliciter Amen.

Sigillum ſub N. 23.

Num. LI. Colllatio Parochie et Dominii Arnpruk cum annexis. An. 1209.

In nomine patris, et filii, et ſpiritus ſancti, amen. Preſentibus et futuris generationibus huius ſcripti continentia

* Forte ex noſtratibus.

tia transfuſa eſt, ne fauillis obliuionibus ſepeliantur que ſollemniter acta. et litteris mandata eſſe noſcuntur. Manifeſtum ergo ſit. quod ego *Pertoldus comes de Bogen.* cum publico mandato Romani regis Auguſti *Ottonis* cauſa imperialis capeſſende Benedictionis aſtrictus ſecum romam iter maturarem. ſpiritu actus pietatis, quanta in damna altahenſis eccleſie contra fas iuſticiamque commiſerim, in animum reuocaui. Quo feruore ſpyritus Altahe perueniens. in redemptionem peccatorum meorum preſentibus et aſtantibus fratribus meis *Liupoldo* ſimul et *Alberto.* et fidelium noſtrorum uniuerſa familia nec non terre noſtre multorum nobilium aſtante corona, venerabili abbate domno *poppone* tunc eandem eccleſiam regente et aſſiſtente, patrimonium meum quod in ſortem hereditatis michi prouenerat, et poteſtatiua manu altari Sancti Mauritii perpetuo donaui. plenam ac integram eiusdem patrimonii eccleſie aſſignans poſſeſſionem. ſacramentoque confirmans et probans. nullum preter metmetipſum in predicte donationis patrimonium habere *ſalmannum.* Jusque ipſum delegatorium *ſalmanni* ſimul cum patrimonio eccleſie perpetuaui. aſtringente me tamen ad hoc Largo miniſterio. ac deuota ſeruitute quam pro maximis et plurimis expenſis domnus abbas illo tempore mihi et fratri meo *Alberto pro cinguli militaris honore capeſſendi* largiter exhibuit. Itaque donationem memoratam nominatim expreſſi ſcilicet *anprukke* eccleſiam matricem, cum capellis ſibi attitulatis uidelicet *pebraha. ſekenede. Wecelſcelle.* cum omni jure patronatus et decimis. et uillam eiusmatricis eccleſie cum mancipiis tam eccleſie quam meis, et omnibus ſuis attinentiis. pratis. agris. cultis et incultis. queſitis et inquirendis ſiluis ſaltibus paſcuis aquis molendinis piſcaturis et

cum omnibus que ad quemlibet uſum in predictis bonis prouenire ſeu nominari poſſunt. Cum hiis quoque feudalibus beneficiis per conceſſionem in alios defluxerunt. ut cognoſcant feudalium beneficiorum poſſeſſores per manum abbatis tanquam a uero patrono et domino illa debere recipi. Verumtamen donationi facte conditionem huiuſmodi interpoſui. ut ſi contingat me uita comite patrios reuiſere lares predicte donationis bona per hujus pactionis formam recipiam. ſcilicet ut in ſignum perpetue traditioniſ. uereque poſſeſſioniſ. argumentum ex iam dictis bonis quoad uixero *triginta denarii* per ſingulos annos eccleſie ſoluantur. Villam etiam que dicitur *Rukozzingen.* in qua eccleſiam contra debitum iuſticiamque moleſtaueram. amodo quietam. et ſtabili pace gaudentem ſacramentali cautione relinquere ſpopondi, Hubam etiam ſolitariamque ratione aduocatie in iam dicta uilla me contingebat. pro maioris *conſolationis* ſubſidio prebende fratrum ab omni grauamine mei iuris de reliquo illeſam ac liberam reliqui. Et ubi locorum qualicumque uocatione mortis humanis rebus exiero, ad placandam iram diſtricti judicis, et pro ſempiterne mercedis copioſo fructu recipiendo. hac libera donatione, cum debita ſeruitutis penſione. predicta perenniter *altahenſis* gaudeat eccleſia. Porro ut huius ſollemnis facti perpetuetur memoria nec calumniantium in futurum ualeat ingenium. ſigilli mei cautione. teſtiumque ſubnotacione. hanc Kartam communiui. Teſtes. *Altman de helngerſperge. Heinrich de manzingen.* et frater eius. *Heinrich de Zierberc* et fratet eius. *Willehalm. Poppo de Keſperc.* et frater eius. *Willehalm. Fridrich. Cunrat Zikke* junior. *Ebo*, et frater eius, *Ebo. Pertoldus de mitternuels. Gozbolt de ſchönſtein. Gozpolt de Gyzperc.* et filii ſui.

ſui. *Albertus de övve. Perhtolt de houedorf. Perhtolt de ſteinperte. Cunrat de erpholdeſcelle* et frater eius. *Gerhoch de framrichesperge. Gerhoch de pomuzzelſriede, heinrich pfölingere. Palmer. Roſſel. Heinrich reute. Rudolf. reute. Heinrich de alnchouen. Vlrich de gredinsdorff.* et frater eius *Poppo. Poppo de geltoluingen. Perhtold de Schiltperc. Cunrat de pruövve. Havvart de eutingen. Rutland de puhſe. Meingoz de reine. Ortliep ab der heide. Zanter. Otto de puchperc. Fridrich de ſekenriede. Albreht de greuenvviſen. Heinrich vvoluel. Egilof de ſvvarzaha. Rapot ſturm. Marquart Klinge. Liupolt de heimingen. Engilbertus Göman. Reinhart de iſerhoven. Rudiger de eichah. Reinolt de ſteinah. Pertold Klaffchinc. et frater ſuus.* Abbates *Goppolt de ſuperiori altahe. Vlricus de de Windeberge. Rudigerus de metm.* Plebani. *Dietricus de enprukke. Sipehart de Girſtal. Dietrich de vichtaha. Decanus de otlingen. Richo de Kunzen. Chuno de vrbach. Rudiger der erlbach. Cunrat de paſchingen. Dietricus Zikko. Abbas Ludevvicus de alderſpach. Prepoſitus gerunc de oſterhouen.* actum eſt hoc anno Dominice incarnat.. milleſimo CC VIIII. indictione exiſtente Prima regnante ſereniſſimo rege *Ottone.* Datum Quinta *Idus* Junii ſcilicet in die ſanctorum *PRimi et feliciani.* feliciter Amen.

Sigillum N. 24. pendet e filis ſericis, albi et cærulei coloris.

Num. LII. Compoſitio Monaſterii cum comitibus de Bogen. circa an. 1209.

Quia rerum geſta quamquam magnifice fuerint acta temporaneo decurſu ab hominum memoria penitus arcentur,

ubi litterarum perpetuitati non mandantur. Id, circo ad preſentes futuraſque fidelium Chriſti nationes huius pagine continentiam transmittimus notum facientes quod ego *poppo* abbas de inferiori *altaha* dum eccleſia noſtra per *aduocatos noſtros comites* uidelicet *de Bogen* multis undique circumfuſa fleret periculis rerum quoque. grauibus indeſinenter doleret ruinis regem *philippum* accedens qui tunc romani regni ſceptra moderando gubernabat cauſam illi deiectionis noſtre et doloris flebiliter expoſui. cuius atque curiam multis impenſis inſequendo laboris et periculorum noſtrorum miſertus tribulationes noſtras et grauamina ſcutu protectionis ſue et auctoritatis ſententia releuare ordinauit et fluctuantes periculorum noſtrorum procellas iudiciali rigore ex parte temperauit. Quo tandem de medio ſublato ſpei, noſtre anchora in profundo deperiit, quia acriores in nos tyrannos et ſeuiores predictos comites mors regis ſuſcitauit. Uerumtamen deo eccleſie ſue imperatorem Ottonem prouidente ipſum longo itinere et impenſis fatigatus et in longobardiam profectus, in alexandria inueni, cui omnem tenorem cauſe noſtre preſente duce bavvarie multisque terre noſtre Baronibus lacrimoſe recitavi. Et quidem generales querelas noſtras imperialis majeſtas pio affectu ſuſcipiens totam cauſam juſticie rigore terminandam duci bavvarie delegauit et ut eccleſiam noſtram ab omni damno illeſam et ſine omni utilitatis exactione usque ad aduentum ſuum tuendo conſeruaret diſtricte per Sententiam imparauit. Qua commiſſione ſuſcepta dum prefatus dux in ciuitate ratispon. celebrem poſtea ageret curiam, cauſa noſtra coram principibus et primatibus terre noſtre ipſis aduocatis adſtantibus ſollempniter innotuit et diu uentilatam quid per ſententiam de nobis com-

miſſum

miſſum haberet diuulgauit Sigillum etiam cum litteris Imperatoris eisdem defenſoribus noſtris imperiali authoritate in propatulo tradidit. Nulla tamen compoſitione ibidem admiſſa dum diuerſos in modos negotium noſtrum uerteretur ipſe dux noſter ad ſubſequens placitum quod acturus erat in *pledelingen* agende compoſitionis rationem diſtulit. Interea legatus noſter de Imperatore reuerſus ſecundum preceptum prioris ſententie ferens quatinus cauſam noſtram debito fine terminaret duci precipiendo mandauit. Tandem in audientia principum hanc compoſitionis conditionem obtentu majorum admiſimus. ut nihil a proximo feſto michaelis usque ad triennium per omnem *aduocatiam* juris exercerent preter ſtatutum jus quod eis ex *antiquo* attinet, et ſeruire noſcitur. illud etiam per noſtros *eis* porrectum de nullo cauſari tenentur, nec in quoquam fideles noſtros tam clericos quam laicos aut in pernoctationibus vel in ſtivris ſeu rogatibus ſiue in qualibet re licet minima moleſtare debent. Preterea ſi quicquam inter noſtros emerſerit in litibus furtis uel homicidiis aut quolibet caſu quod correctione dignum aliquid apportare uidetur. illud per officiales noſtros determinatum. ipſis cum ſumma pace et communitate porrigendum eſt. Porro ſi quisquam preconum ſuorum pullum uel caſeum ſeu quamlibet rem quantumlibet exiguam duplicem reſtituere cogendus eſt. quod ſi iterato repetat. dignam pro tali facto penam ſoluat. Inſuper hanc juris conditionem in bonis noſtris conſequi tenentur, quam habent reliqui comites ſub quorum ditione bona noſtra iacent. ſine ulla aduocatie ratione et exactionis occaſione. Igitur ob huius facti ratam et intemeratam confirmationem comes *Bertoldus* patrimonia ſua in *tencelle* cum uillis et decimis et omnibus ſuis attinentiis

tiis in manus palatini *Rapotonis* delegauit. Similiter comes *Albertus* patrimonia ſua ſcil. *Vrkü* et duas uillas in *Riede* cum uillis et decimis, et uniuerſis attinentiis ſuis et proprietate in manus predicti palatini conſignauit ea conditionis lege quod ſi jam dicte compoſitionis ratio qualibet temeritate ſoluatur, prememorata amborum predia per manum ſupra dicti delegatoris eccleſie noſtre ſine omni contradictione ipſo delegatore defendente contradentur et in ius proprietatis cedant Et ſi juſticiam de bonis noſtris et prediis que miniſteriales eorum uiolenter poſſident ordine judiciario per eos non conſequemur. Querele noſtre nude et aperte ſicut a primo perſiſtant, et dampna noſtra que quinque milium librarum numerum excedunt, preter porcos boves et pullos et caſeos que ad infinitum tendunt, nobis cum integritate reſtituant. Huius igitur tam ſolempnis contractus teſtes ſunt *Eps. pataujenſis. Eps. Friſing. palatinus comes. Eberhardus de dornburc, Comes cunradus de moſburc. Kalhoch de Kirhperc. Comes meinhardus de Rotenekke. Cunrat de horbach. Alram de Uttendorf. Alram de Halſe. Wernhart de Hagen ouvve. Heinrich de ſtaine. Albertus Livtzeman. Comes perenger de leunburc. Grimolt de ſtaine. Sifrit Kopf. Eberhart camerarius. Pertolt de Schiltperc. Poppo de geltilvingen. Cunrad de pruouvve. Havvart de autingen. Routlunt de pouhſe. Otto de Haichenbach. Manigolt de aheim. Heinricus de ſtritvviſen. Altman de Heling. Gozpolt de Schoenſtein. Bertolt de ſteinburc. Gozpolt de Nuzperc. Heinrich de Ratgozzingen. Heinricus pſolingar. Palmar. Roſſel.* et alii plures.

* Sigillum Lodevvici ducis bavvarie ſub N. 25.

Num.

Num. LIII. Privilegium Fori. circa An. 1215.

Fridericus dei gratia Romanorum rex ſemper Auguſtus, et Rex ſycilie, Vniuerſis preſentem paginam inſpecturis fidelibus ſuis gratiam ſuam et omne bonum. Significamus nobis talem in preſentia noſtra per principes et Magnates Imperii latam eſſe ſententiam quod ſi forte alicui *per Cyrotecam noſtram* contulimus forum annuale, uel ſeptimonale in quocumque loco, quod Comes aut alius Judex aliquis illius prouincie non debeat illic habere iurisdictionem uel aliquam poteſtatem puniendi maleficia, ſed ſi forte latro uel fur et alius maleficus fuerit condempnatus, comiti ſiue Judici prouinciali de loco illo erit preſentandus ad ſententie in eum late executionem. Datum apud *Wimpinam*. XI. Kaln. Auguſti. Indictione. VI.

Num. LIV. Repetita Donatio Eccleſiæ et Dominii Ænprukk facta a *Bertholdo* comite de Bogen. An. 1217.

In nomine chriſti amen. Succedentibus ſeculis notorium fieri preſenti ſcriptura laboraui, quod ego *Bertoldus comes de Bogen* cum pro multiformibus delictorum meorum commiſſis in auxilium terre ſancte partes tranſmarinas uiſitare ordinarem, iam in procinctu conſtitutus, donationem quam olim feceram *Altahenſi* eccleſie cum in regia expeditione *auguſti Ottonis* Romam profectus fuiſſem, nunc abundantiori ſcripture cautela innouaui. Ttadidi autem eccleſie et per ſcripta roboraui et nunc ſecundo Sancto Mauricio Martyri chriſti delego, ſcilicet *Enprukke* matricem eccleſiam cum filiabus ſuis et uilla matricis eccleſie cum decimis et hominibus et omnibus attinen-

ciis ſvis agris cultis et incultis queſitis et inquirendis, pratis, aquis, molendinis, Piſcaturis, ſiluis, ſaltibus, Paſcuis, et cum omnibus que qualitercumque in dictis bonis quodlibet lucrum, ſeu emolumentum aut fructum eccesie parere poſſunt. Nec non et ea que feudali conceſſione in alios deuoluta ſunt ut ſciant omnes poſſeſſores illorum de manu abbatis illa fore recieipienda tamquam a uero rei domino et qnicquid diuina manus mecum ordinauerit, ſiue reditum in patriam/uita comitante conceſſerit nec ne, predicta tamen donatione cum plena et integra poſſeſſione ac pprietate iugiter et libere gaudeat eccleſia non obſtantibns illis. *XXVIII. libris* in quibns eadem bona domno *Sifrido de gravenvviſen* obligata tenetur, quam ſummam per *Heinricum de Pfölinge* de ueris patrimoniis meis iniunxi ſoluendam, quatinus ſine omni inpedimento donationis poſſeſſio libere ac integre ſicut prius redeat ad eccleſiam. Et ut tradicio olim facta ſtabilis et inconuulſa in euum permaneat, maiorisque ſollemnitatis ſit et firmamenti, hanc ſecundam confirmationis paginam ſigilli mei auctoritate et teſtibus roboraui. Actum eſt hoc in *pledlingen* preſentibus fratribus *Altahenſis* Monaſterii, uidelicet *Wolfkango Decano. Chvnrado ſacriſta. Gebhardo ſacerdote. Albino converſo.* Copiam etenim domni abbatis tunc temporis habere non potui. Teſtes. *Poppo de geltoluingen, et Vlricus filius eius. Albertus de Saſelpogen. Heinricus Pfölinger. Palmer. Rvdolf de Welchenberc. Heinricus de Zidlarn. Röſſel Chunrat de Puzechouen. Albertus de övve. Meingoz de Puzechoven. Albertus de Haibach*, et alii multi.

Anno. Domini. Mill. CC. XVII. Indictione. VI. Regnante *friderico* Imperatore. Datum. XV. Kalen-das Decembris.

* Sigillum N. 24. Num.

Num. LV. Venditio Bonorum Hallenſium in Provincia Salisburgenſi. circa an. 1219.

Eberhardus dei gratia *Salzburgenſis Archiepiſcopus* apoſtolice ſedis legatus Vniuerſis ad quos preſens ſcriptum peruenerit ſalutem. Preſenti ſcripto pateat uniuerſis, quod nos contraximus cum dilecto in Chriſto fratre noſtro, *Abbate de Altah* de omnibus que habuit in *Halle*, et in *Montanis*. tam in hominibus quam in bonis. Extra *Halle* autem verſus *Salam* cum emptio noſtra minime extendatur, mandandum ducimus uniuerſis, ne aliquis omnino poteſtati ſue uel Dominio de hominibus Eccleſie *Altahenſis* qui ſunt citra *Halle* noſtra authoritate uel occaſione uendicare preſumat. Et ne ſuper hiis predicte eccleſie aliqua eueniat iniuria in futurum, preſentem paginam ſuper hoc conſcriptam ſigilli noſtri conceſſimus firmitudine inſigniri. Datum aput *Raitenhaſelah*. II. Id. Aprilis.

Num. LVI. Aliud Inſtrumentum ſuper eadem Venditione de An. 1219.

Eberhardus Dei gratia Salzburgenſis Archiepiſcopus apoſtolice ſedis legatus In perpetuum. Notum facimus uniuerſis, quando tractatus quidam inter nos et dilectum in Chriſto fratrem noſtrum, Abbatem de *Altah*, eſt ad noſtre ſolſicitudinis inſtanciam efficaciter terminatus, quod uidelicet idem Abbas de uoluntate patroni ſui, Epiſcopi *babenbergenſis* et capituli ſui conſenſu uniuerſas poſſeſſiones, quas in ciuitate *Halle* eum habere conſtitit cum omnibus ſuis pertinentiis, familia ſcilicet

utriusque ſexus areis et fonte ſalis, et bona ſimiliter que in montanis habuit, tam in poſſeſſionibus quam colonis *Saltzburgenſi* donauit Eccleſie, omni iure et integritate prout ea poſſederat, perpetuo poſſidenda. Nos vero de conſenſu et conſilio capituli noſtri et miniſterialium facte donacioni *trecentis quinquaginta marcis* duximus reſpondendum. cuius pecunie totaliter *quinquaginta marcis* in preſenti ſolutis de parte reſidua, hoc eſt. CCC. marcas, eumdem Abbatem tenemur in Natiuitate domini expedire. Que tamen ſolucio ſi tunc quomodocumque omiſſa fuerit vel neglecta predictus Abbas, *ſexaginta* ſibi *libras* a prouentibus uille noſtre *Arensdorf* et *Welmich.* Ita ſi prior villa ad ſolucionem tanti fuerit inſufficiens, quousque peccuniam primam accipiat, computabit. Adhuc ſi in feſto beati Johannis baptiſte poſt illam Natiuitatem proximo ſupradicte. *CCC. marce* ſolute non fueriut, ex tunc. *LX. libre* prenominate in proprietatem *Altahenſis* eccleſie ſint ceſſure. Vt autem tractatus huiusmodi a memoria poſterum non debeat aboleri, preſenti ſcripto ipſum notum facimus et perennem. Teſtes hii ſunt. *Vlricus Patavienſis Epiſcopus. Rudgerus Chyemenſis Epiſcopus. Chalchus.* Magiſter *Heinricus de Witen Patavienſis* Canonicus. *Chunradus plebanus de muldorf. Livtdoldus. Chunradus comes de plain. Eberhardus comes de Dornberch. Chunradus quondam purcrauius. Chuno de Weruen. Otto de Goldekke. Rudgerus de Salueld. Wolfpertus de Halle. Albertus de Hohſtein. Livtoldus de Saferſtetn. Heinricus* et *Otto de Morſpach. Heinricus de Lonsdorf. Amelbertus de Obernperg.* et alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno domini. M. CC. XVIIII. Indictione ſeptima.

Num.

Num. LVII. Renuntiatio Litis circa Eccleſiam Spitz in Auſtria. An. 1220.

Ulricus Dei gratia *Pataulenſis epiſcopus* omnibus chriſti fidelibus preſentem paginam inſpecturis ſalutem in domino. Et ſi iuxta debitum officii noſtri omnes generaliter chriſti fideles ad unionem concordie conuocare tenemur, multo fortius cuiuslibet diſſenſionis adque diſceptationis ueſtigium inter eccleſiaſticos et religioſos uiros diſſipare tenemur, ne alicuius occupationis mundane pretextu ipſis preſtetur occaſio, a diuine contemplationis ſeruitu recedendi. Cum itaque inter domnum Abbatem *de Altah* ex una parte et prepoſitum ſancti Floriani ex *altera* queſtio ſuper eccleſia de *Spitze* coram delegatis iudicibus *mota* foret, nos finem litibus imponere cupientes, cum ſeruos dei non oporteat litigare, et ut etiam utriusque eccleſie parceremus grauiſſimis laboribus et expenſis, de conſilio fratrum noſtrorum et adiutorio prefatum prepoſitum induximus ad hoc tandem quod ipſe bona fide et bono animo ceſſit, prefate renuncians queſtioni. Promiſit etiam idem prepoſitus quod ſiqua inſtrumenta ſuper predicta eccleſia de *Spitze* forſitan haberet, ea abbati ſepe dicto ſine contradictione qualibet aſſignaret, preſertim cum *Althahenſis* eccleſia prefatam eccleſiam *Spitze* cum ſuis adtinenciis et terminis quiete et inconcuſſe per longiſſima tempora poſſediſſet. Et in huius rei teſtimonium preſentem paginam noſtro ſigillo ſignatam prefato Abbati duximus exhibendam. Huius rei teſtes ſunt *Rudgerus Chymenſis epiſcopus. Otto decanus. Chalhokus. Chunradus* tum *plebanus. Eberhardus Cellerarius. Magiſter Heinricus archidyaconus. Sivridus orphanus. Chunradus Cuſtos, Canonici Pataulenſes.*

Ludwicus abbas de Alderſpach. Vlricus prepoſitus S. Nykolai. Pernhardus prepoſitus friſacenſis. Magiſter Marquardus. Chunradus notarius. Actum *Patauie.* III. Non. Auguſti. Anno domini. M. CC. XX. Indictione. VIII. Pontificatus noſtri Anno ſexto.

Num. LVIII. Advocatia ſine onere promittitur. Anno 1222.

In nomine domini Amen. Ego *Albertus Comes de Bogen* confiteor et proteſtor, quod cum domnus *Poppo* uenerabilis abbas eccleſie S. Mauricii in *Altha* cuius aduocatia me contingit, nobiles uiros *Rapotonem* et *Heinricum Comites de Ortenberch. Hadmarum* et *Rapotonem, fratres de Ahuſen*, fratresque de *Halſe Alrammus* et *Albertus* pro grauibus dampnis ab ipſis ſibi et ſue eccleſie illatis, apud ſedem apoſtolicam et imperialem celſitudinem fatigaret, ipſique ob inuidiam mei predicte eccleſie ſatisfacere non curarent, aſſerentes de prediis ſuis numquam aliquid ſe uelle conferre monaſterio ſepedicto, niſi promitterem ac publice proteſtarer, quod numquam de prediis eisdem ulla iura expoſcerem aduocati, nec imprimis abbatem uel monaſterium predictum occaſione aliqua moleſtarem, ad inſtanciam peticionis ſue ac fratrum ſuorum et ne talis concordie ac pietatis ego fierem impedimentum, ſupraſcripta ſeruare firmiter conpromiſi. Petiuit inſuper iam dictus abbas, ut de prediis in *Oexinge* que *Pabo* et *Albero domini* de Cholvinge eccleſie ſue contulerant, ſimilem facerem proteſtacionem, ſibique ſuper hiis omnibus publicum ad cautelam porrigerem inſtrumentum. Cum igitur alias in deum et S. Mauri-

ciun

cium eiusdem eccleſie patronum me conſtet multiformiter deliquiſſe, in hoc ſaltem anime mee prouidere uolens, talem facio proteſtacionem, quod eadem predia hoc eſt duas curias in *Smidorf* et in *Pering*, et duas in *Taimarſpach*, et in *Walkenſtorf*, et predia in *Oexing*, curiamque in *Linzing* et queque forte predicti domini pro dampnis ſuis in futurum monaſterio contulerint ſupradicto, ſine omni utilitate defendere uolo propter deum, hoc adiciens ut ſi imprimis per me uel per iudices meos eccleſia fuerit aliqualiter moleſtata, domnus Abbas et fratres eligendi ſibi ſuper eisdem alium aduocatum liberam habeant poteſtatem. Ad huius autem facti teſtimonium preſens ſibi porrigo inſtrumentum ſigilli mei munimine roboratum. Actum in *Pledling*. Anno domini. M. CC: XX. II. Teſtes ſunt. *Heinricus de Pfölinge. Chalhohus de Winzir. Albertus de Nuzperch*. et alii quam plures.

Num. LIX. Advocatia ſine Queſtu. Anno 1222.

In nomine domini Amen. Ego *Albertus Comes de Pogen* patefacio cunctis cernentibus preſens ſcriptum, quod ego fratri meo bone memorie *Berhtoldo* comiti iam aput *Damiatam* morienti preſente *Livpoldo Duce Auſtrie* multisque aliis preſentibus fideliter conpromiſi, ut bona in *Enneprvk* que ipſe contulerat *Altahenſi* Monaſterio deberem ſine omni queſtu defendere propter deum. Ad quod faciendum ſcripto preſenti obligo me et omnes qui mihi ſuccedunt in Aduocatia eccleſie memorate, adiciens inſuper et promittens, quod villam in *Rvkozzing* et bona Hvgonis de *Svmbrehſtorf*, et alia bona

que

que a meis uel ipſius eccleſie Miniſterialibus iam dicto Monaſterio donata ſunt uel donabuntur, ſine omni iure aduocaticio et exactionibus ſicut hucvsque a progenitoribus meis conſuetum fuit et iuſtum, defendere teneor et tueri. In huius rei teſtimonium venerabili domno *Popponi* abbati et eccleſie Altahenſi preſens porrigo inſtrvmentum ipſi eccleſie in perpetuum ad cautelam. Datum Anno dominice Incarnationis. M. CC. XXII. Sexto Kaln. Septemb. Teſtes. *Poppo de Geltobſing. Vlricus Filius eius. Albertus de Satilpogen. Heinricus de Pſoling. Rvdolfus de Welchenberch. Meingotus de Peutzchofn.* et alii multi.

Num. LX. Controverſia de Eccleſia Zeholſing per arbitros componitur. Anno 1224.

In nomine domini. amen. *Lovdvvicus* dei gratia abbas de *Alderſpach.* Cyſtercienſis ordinis. *Ovlricus* eadem gratia. Prepoſitus ſancti *Nikolai Patavienſis* ab ordinario delegati, omnibus tam preſentibus quam futuris preſentem paginam inſpecturis in Chriſto ſalutem. Ad noticiam uniuerſitatis ueſtre cupimus peruenire. quod cum *Gotzvvinus* presbiter. Magiſtrum *Albertum plebanvm eccleſie de Oetlingen.* coram venerabile patre. *Gebhardo. Epiſcopo. Patavienſi.* Loci dyoceſano. ſuper ecceleſia de *Cekolvinge.* quam iam dictus. G. presbiter contra eumdem Magiſtrum. Al. et eccleſiam *Altahenſem* receperat, aſſerens ipſam ad donationem Epiſcopi iam dicti pertinere et eam per ſe eccleſiam eſſe, nec aliquo iure eccleſie de *oetlinge* ſubiacere. Conueniret idem Magiſter. Al. coram eodem Epiſcopo in hunc modum propoſuit, excipiendo, quod ſupradicto. G. ſacer-

ſacerdoti coram eodem Epiſcopo nullatenus teneretur reſpondere, cum eundem Epiſcopum certa ratione haberet ſuſpectum, pro eo uidelicet, quod idem G. presbiter ab eo cauſam habebat petendi, et niſi ſibi iudices non ſuſpectos ſuper eadem cauſa deputaret, paratus eſſet ad ſuperiorem appellare. Epiſcopus uero de conſilio fratrum ſuorum et conſenſu partis utriusque videlicet Magiſtri *Alberti*. et. G. presbiteri ſupradicti. nos videlicet Abbatem de Alderſpach. et prepoſitum ſancti. Nicolai, ſicut promiſimus ſuper eadem cauſa, non in parte ſed in toto iudices deputauit, quod et utraque pars adprobauit. Partibus igitur coram nobis die eis prefixa legitime conſtitutis, mandauimus eisdem; ut ad ſuas intentiones confirmandas, ſuas nobis offerrent probationes. Magiſter itaque *Albertus* plebanus eccleſie de *Oetlinge*. ad ſubſcriptam Rvbricam probandam privilegia eccleſie *Altahenſis* produxit atque teſtes. Hec autem fuit Rubrica. Quod eccleſia de *Oetlinge* jus tale tempore longiſſimo habuerit. Quod quicumque habuit eam. habuit et illam de *Ceholvinge*. et quod illo iure eccleſia de *Oetlinge* iuris ordine pretermiſſo. contra iuſtitiam ſit ſpoliata per. G. presbiterum, et Epiſcopum Pataviensem, ſuper hoc uolo deponere. Ad probandam talem Rubricam Magiſter *Albertus* nobis ſufficiens eccleſie *Altahenſis* exhibuit priuilegium et teſtes produxit. Videlicet domnum. R. abbatem. de *Metem*. et. L. prepoſitum de *Rimchna*. et Cuſtodem *Altahenſem*. et. priorem Sacriſtam. et Magiſtrum *Perhtoldum*, et alios quatuor canonicos Oſterhovienſes. Item domnum. D. decanum de *Regen*. Plebanum de *Ovrbach*. Plebanum de *Swarza*. Plebanum de *Chunzen*. Plebanum de *Iſerhoven*. Plebanum de *Pvck*. Plebanum de *Mulheim*. Plebanum de *Erlbach*. Plebanum de *Paſching*. Plebanum de *Walkeſtorf*. Plebanum de

Vſerlinge. fratrem *Alhardum* conuerſum de *Oſterhoven.* et *Albvvinum* conuerſum *Altahenſem.* Item domnum *Ebonem de Mos. Chunradum de Pechlinge.* et. h. fratem eius. *Chunradum de Chirchdorf. Rapotonem de gnvtinge. Alhardum* cum fratre ſuo. et *Heinricum de Planchenbach. Dietricum Wilde. Alhardum. Rvdgerum de Aicha. Marquardum laminam. Heinricum de Pvch.* millites et miniſteriales. Item Officiales. de *Vſterlinge.* de *Mvnchdorf.* et de *Iſerhoven.* Hii omnes prelati, ſiue clerici ſupradicti. ſub ſtola tactis ſacroſanctis evvangeliis juramento firmauerunt. ſe uelle deponere. ad intentionem Rubrice Magiſtri *Alberti* ſupradicte. Idem conuerſi, milites, et officiales prenominati, tactis ſacroſanctis evvangeliis jurauerunt ſe uelle deponere. Inſuper plures teſtes teſtabant quos produxerat Eccleſia *Altahenſis.* ad intentionem ſuam probandam tam clericos quam laycos. quos recipere nolumus propter effrenatam multitudinem. quorum numerus erat circa. LXX. perſonas. Hii omnes teſtes jurati et recepti omni exceptione maiores fuerunt. contra quos ſepedictus. G. presbiter nihil uoluit nec ualuit excipere. ſed uidens ſe in probationibus ſuis deficere, non coactus nec rogatus. ſed ſpontanee liti ceſſit. et coram nobis judicibus pure et ſimpliciter eſt confeſſus, ſe eccleſie de *Oetlinge.* et eccleſie *Altahenſi* ſuper eadem eccleſie de *Ceholvinge* litem iniuſte mouiſſe, et calumpniam feciſſe. ueniam ab Abbate *Altahenſi.* et Magiſtro. Al. ſepedicto poſtulando. Hiis omnibus interfuerunt teſtes ſupradicti. Et ut hec in poſterum pro teſtimonio ſi neceſſe fuerit habeantur. preſentem paginam ſigillorum noſtrorum munimine roborauimus. Actum apud *Oſterhoven.* Anno dominice incarnationis M. CC. XX. IIII. XI. Kaln. febr.

Num. LXI. Albertus Comes de Pogen compenſat damna Monaſterio altahenſi illata. An. 1225.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis Amen. Omnis calumpnie cauilloſa excluditur obiectio, ubi rerum geſtarum magnificis factis autentice ſcripture idoneo cauebitur inſtrumento. Igitur ne temporum ſuccedentibus curriculis perpetuis ſordeſcant obliviis. que ſollempni facto. ſineque ſunt clauſa legittimo. in propatulum uenire. preſentibus futurisque generationibus per hanc paginam decreui liquere. Quod ego *Albertus Comes de Pogen*, cum ex mandato ſereniſſimi Imperatoris *friderici* in Apuliam iter aripere procurarem, enormitatem exceſſuum meorum quorum infinitatem nulli hominum explicari habilis fui. quibus in Deum et *Altahenſe* monaſterium me rerum eſſe cognoui. Digna penſatione conſiderans. apud predictum Monaſterium copiam mei exhibui, et pro pura coram Deo peccaminum meorum remiſſione, ac memorate iam eccleſie abſoluta reconciliatione. bona que ex morte fratris mei *Livpoldi* hereditaria ſucceſſione ad me defluxerunt. nulli contradictioni obnoxia. immo a genitoribus et auis ſiue proauis meis ſucceſſiua hereditate, iuſto titulo. bona fide a me poſſeſſa. Domno *Poppone* eiusdem loci reuerendo abbate aſſiſtente. qui tunc etiam ob mee dilectionis prerogatiuam. ſeu petitionis inſtanciam. in. LXXIIII. libris aput creditores me abſoluit. quique in omni famulatu beniuolum ſe ac fauorabilem mihi exhibuit. quem quoque pro tantis beneficiis mihi collatis fideliter. nullo adhuc rerum benefico. nulla donatione honeſtaueram. cui infinita rerum diſpendia per me ſibi irrogata hactenus reſarcire neglexeram. preter duas curias videlicet *Rvbendorf* et *Evvit* quas in

Romani Regis auguſti *Ottonis* expeditione iens ſecum *Romam* pro.XL.libris Eccleſie perpetuo poſſidendas.quacumque uocatione mortis ex hac luce migrarem contuleram.preſente quoque fratrum ſuorum collegio. miniſterialium meorum. multorumque uirorum nobilium. et diuerſe conditionis hominum. circumſtante multitudine. poteſtatiua manu libera ac ſollempni donatione. ipſum ivs Salmanni altari S. Mauricii glorioſi chriſti Martiris. in perpetuum contuli. preſtito mediante nobili uiro *Abrammo de Hals* Sacramento. quod eorumdem bonorum preter memetipſum *Salmanum* non haberem. aſſignans continuo eccleſie innuere poſſeſſionis titulum. quoad uiverem de ſingulis collate donationis beneficiis in ſingulos annos conſueti cenſus ſingulas metretas auene. Et ubi locorum quocumque mortis interceptu. ſine legitima prole hominem exiero. definita in ſequentibus bona. plena ac integra poſſeſſione ſeu proprietate cum debita cenſus penſione. pereniter in uſum deuoluantur eccleſie.Hec autem eſt donationis nominata expreſſio. ſcilicet *Pebrah*. cum omnibus ſuis adtinentiis. Villis. colonis. agris. pratis.. aquis. Molendinis. piſcaturis. Viis. Inuiis. Saltibus. Siluis. Cultis et incultis. queſitis et inquirendis. et omnia illa. que in Parrochiis *Enneprvkke*. *Vihtaha*. *Gyrſtal*. et que inter nemus iacent. pertinentia ad *Pebrah* et que feudali conceſſione ſunt diſtracta. Porro ne hec Donatio a nullo umquam in futurum laceretur. et calumpniatorum ora obſtruantur, nec poteſtatem habeam ex hoc nunc et uſque in ſeculum factum iſtud revocare vel quolibet modo infirmare. paginam iſtam Sigillo meo et teſtibus roboraui. Teſtes *Alram de Halse*. et *frater ſuus Albertus*. *Perngerus Comes de Levvenberch*. *Herman de Lihtenberch*. *Chvnrat de Wihs*. *Heinricus de Pfölinger* et *filius* eius. *Gerhochus* de *fremrichperg*. *Rodolfus* de *Welchen-*

chonberch. Heinricus de Cidlarn. Ebo. et frater eius *Ebo. Heinricus de Alnchofen. Rvdolf Revt* et *frater* eius. *Albertus de Erlbach. Meingoz* et *frater eius de Pevtzchoven. Vlricus de Gredeinſter. Walchvn de Aichperch. Rvdger de Aichah.* Abba es. *Chvnradus de Windberg. Vlricus de Altah. Rvdger de Metem.* Plebani. *Dietricus. Chvno. Vlricus. Godram. Chriſtan.* Datum Anno Domini. M.CCXXV. Indictione XIII. Nonas febr. Amen.

Num. LXII. Controuerſia de Eccleſia Spitz per viam compromiſſi terminatur. An. 1225.

Gebhardus Dei gratia *Patauienſis Eccleſie Epiſcopus*. omnibus Chriſti fidelibus in perpetuum. Quoniam res geſtas que ſcriptis mandat non fuerint per temporum ſucceſſiones hominum conſtat elabi memoria, Vniuerſis hanc paginam inſpecturis preſentium teſtimonio declaramus, quod prepoſitus et Capitulum in domo S. Floriani abbati de *Altah* et ſuo capitulo queſtionem mouerunt ſuper eccleſiam in *Spitze*, quam dicebant ſitam eſſe infra terminos eccleſie ſue in *Wachovve*, aſſerentes etiam ſe habere quedam ſcripta Chvnradi Epiſcopi anteceſſoris noſtri, quibus cauſa ſua uidebatur roborari. Cum itaque pars utraque per uarias commiſſiones ab apoſtolica ſede obtentas, labores et expenſas feciſſent non modicas, et lites ex litibus orirentur, placuit partibus in noſtrum compromittere arbitrium utriusque capituli conſenſu nobis per litteras ſuas ſub propriis ſigillis aſſignato, unde prelati utriuſque eccleſie cum quibusdam fratribus ſuis ſuper negotio premiſſo in preſentia noſtra comparentes, pro ſe et capitulis ſuis cum legitimo mandato

dato ſuarum eccleſiarum litibus renunciauerunt et arbitrium noſtrum ſub pena congrua recipere promiſerunt. Nos igitur habito prudentum uirorum conſilio et circumſtanciis negotii ac meritis cauſe diligenter penſatis, quia pro abbte faciebant priuilegia et diuturna poſſeſſio, et pro prepoſito faciebant rationes quas inducebat, Abbatem condempnauimus prepoſito ad ſolvendum *uiginti quatuor libras monete publice* pro redemptione litis, prepoſito ſuper eccleſia predicta perpetuum inponentes ſilentium non obſtantibus priuilegiis uel commiſſionibus ſeu quibuslibet inſtrumentis ante collationem iſtius priuilegii habitis uel obtentis. Ne uero poſt arbitrium noſtrum a partibus receptum et approbatum aſſenſu fratrum utriusque eccleſie alicuius preſumptione lis predicto modo ſopita iterato queat reſuſcitari, hanc inde paginam conſcribi et ſigilli noſtri inpreſſione iuſſimus roborari. Hanc penam de conſenſu utriusque partis adiacentes, ut ſi in poſterum aliqua partium contra preſens inſtrumentum facto uel alio modo uenire adtemptaret, tam nobis quam aduerſe parti teneretur in *centum marcis argenti examinati* ante ingreſſum cauſe perſoluendis. Ad cautelam autem maiorem precepimus Prepoſito et Capitulo ſepedictis, quatinus preſenti inſtrumento ſigillum eccleſie ſue apponerent. Huic facto interfuerunt *Ludvvicus Abbas de Alderspach* noſtre dyoceſis. *Rudgerus abbas de Metem* Ratisponenſis dyoceſis. *Vdalricus prepoſitus. S. Nykolai Pataujenſis.* et Canonici eccleſie noſtre. domnus *Kalhochus*. domnus *Eberhardus*. domnus *Chunradus* de *S. Valentino* et alii quam plures. Datum *Pataute* XV. Kalnd. Septembris. Anno ab incarnatione domini. M. CC. XXV. Indictione. XIII. Anno pontificatus noſtri Quinto.

Num.

Num. LXIII. Recognitio feudorum Ducibus Bavariæ ab Epiſcopo Bambergenſi conceſſorum. An. 1228.

Ludouicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni, Dux Bauarie, omnibus in perpetuum. Quoniam labilis eſt memoria hominum, ideo ne ea, que rite aguntur, poſtmodum reuocentur, conſueuerunt ſcripti munimine roborari. Quapropter confitemur, et notum eſſe cupimus uniuerſis, tam preſentibus quam futuris, quod venerabilis dominus noſter *Ekbertus Babenbergenſis* Epiſcopus, Nos et *Ottonem* filium noſtrum Palatinum comitem Rheni, noſtrosque heredes omnes, qui iure feudali ſuccedere debent, nobis feudo, quod *Albertus Comes antiquus de Pogen* pater iſtius comitis, qui nunc ſuperſtes eſt, ab Eccleſia *Babenbergenſi* tenuit, et quod iſte et frater ſuus contra iuſtitiam et preter voluntatem predicti Epiſcopi violenter tenuerunt, rationabiliter infeudauit, illo videlicet, quod a *Patauia* ex utraque parte *Danubii* verſus *Ratisponam* et ultra protenditur, hoc interpoſito pacto, quod nos de eodem feudo nihil infeudare, nec obligare, nec vendere, nec aliquo modo alienare debeamus ab eccleſia, uel poſſimus, niſi de ſpeciali conſenſu prefati Epiſcopi vel ſucceſſorum ſuorum et canonice ſubſtitutorum. Adiectum fuit preterea, quod nos et noſter filius, noſtrique heredes contenti debeamus eſſe antiquo iure aduocatie, quod per priuilegia, vel per ſeniores illius terre poterit declarari. Preterea firmiter promiſimus, quod Eccleſiam *Babenbergenſem* in poſſeſſionibus, iuſtitiis, vel hominibus manuteneamus et defendamus. item omnia iura Eccleſie *Babenbergenſi* promiſimus pro nobis et pro noſtris heredibus nos inviolabiliter obſeruaturos. Excepit etiam memoratus Epiſcopus villam *Nezilbach* et alias villas intermedias usque *Winzer*

zer cum ſuis attinentiis liberas ab omni iure aduocatie ipſi et ipſius Eccleſie retinendas, ita tamen quod numerus manſorum duodenarium non exeedat. Et ut heć a nobis et noſtro filio noſtrisque heredibus firma permaneant et inconuulſa, preſentem papinam ſigillis ſereniſſimi Domini noſtri *Henrici* Romanorum Regis, *Adalberti Magdeburgenſis* Archiepiſcopi. *Ekkeberti Babenbergen.* Epiſcopi. *Henrici Wormacenſis* Epiſcopi. *Henrici Eyſtatenſis* Epiſcopi, *Leopoldi* Ducis Auſtrie, et noſtro, noſtrique filii *Ottonis* Palatini Comitis Rheni fecimus muniri. Teſtes autem hii ſunt. *Cunradus prefectus de Nurnberck. Hermannus Marchio* de *Baden. Rudolph comes Palatinus de Tuwingen. Ulricus et Eberhardus comites de Helfenſtain. Eberhardus* et *Otto comites de Eberſtein. Hartmannus comes de Dilingen. Rupertus comes de Caſtel. Fridericus* de *Truheding. Gotfridus de Hohinloch. Dapifer de Walburch. Conradus Pincerna de Winthorſtetin. Conradus* de *Winſperch.* et alii quam plures.

Acta ſunt hec apud *Eſſeling.* Anno domini. M. CC. XXVIII. Indict. I.

Num. LXIV. Repetita donatio Praediorum iu *in Pebrach.* Anno 1233.

Que geruntur ſub tempore ne ſimul labantur cum tempore ſolet poni lingua teſtium et ſcripture memoria perennari. Agnoſcant itaque omnes Chriſti fideles tam preſentes quam futuri quod ego *Albertus Comes de Pogen* cum pro remiſſione peccatorum meorum ſepulchrum domini proponerem uiſitare, perueniens ad *Altahenſe* Monaſterium donationem quam olim eidem eccleſie feceram in prediis meis in *Pebrach*, uidelicet

licet et omnibus ſuis adtinentiis et de iure patronatus eccleſie in *Girſtal*, ſicut in priuilegiis a me tunc ſuper hiis donatis expreſſe continetur, ad peticionem domni *Ditmari* reuerendi abbatis ibidem et confratrum ſuorum renouare decreui preſentibus ſiue confirmare, cedens etiam ſicut priori ceſſeram ab indebita leſione uille ipſorum in *Werde*, et theloneo ſine Muta, quam ipſi fratres ex regali donatione debent poſſidere, ſicut priuilegia eorum publice ac ſollempniter adteſtantur, coram ara beati Mauricii glorioſi martyris Chriſti firmiter promittens et conteſtans quod predicta ſine meo grauamine retinebunt, et quocumque modo ſine prole deceſſero, predictam donationem de *Pebrack* et *Girſtal* per me ligitime factam ipſius eccleſie in perpetuum cedere uſui ac poteſtati. Huius facti teſtes ſunt. *Zicho plebanus de Regen. Chuno de Urbach. Chalhochus de Wintzer. Ebo de palude. Ditmarus Poedingær. Albertus de Chalmberch. Heinricus de Svvarzah. Willehalmus de Schoennanger. Wichardus de Hvette. Vlricus plebanvs de Pvche. Rvdgerus* ſcriba. *Heinricus* et *Alhardus de Planchenpark. Ditricus de Winzir. Hartlibus lamina*, et frater eius *Heinricus. Ditricus trvmtinger. Hartlibus de Menzinge. Pabo de Vrbach. Gumpoldus. Svvikerus.* et alii quam plures. Datum *Naterberch* Anno domini. M. CC. XXX. III. Non. Kalendas aprilis.

Num. LXV. Confirmatio Juris hereditarii curie Mangolting conceſſi DD. de Lerchenuelt. An. 1235.

Sifridus ſola miſeratione diuina *Ratisponenſis Epiſcopus Imperialis aule Cancellarius.* Notum facimus vniuerſis preſentem paginam inſpecturis. Quod conſtitutus in preſentia noſtra.

ſtra. Dilectus nobis *Dietmarus* Abbas de *Inferiori Altah.* de manu *Hertvvici* ſororii. Miniſterialium noſtrorum de *Lihtenberch.* recepit reſignationem cuiusdam curie in *Mangoltingen*, cuius ad ipſum infeodatio pertinebat. et eandem contulit hereditario iure *Karulo de Lerchenvelt* qui fuit eo tempore ſeruus noſter, huiusmodi pacto interpoſito et expreſſo, quod videlicet de Curia ipſa annuatim in feſto ſancti Emmerammi idem *Karolus* uel ſui heredes ſoluant Eccleſie *in Altah denariorum Ratisponenſium quinque ſolidos.* et piperis duas libras. Quod ſi forte aliquo tempore ſoluere neglexerint, eodem anno in penam cenſus retenti prefate Eccleſie *denariorum quinque libras* perſoluere tenebuntur. et ſic quiete ipſum feodum poſſidebunt. Liberum etiam erit *Karulo* predicto, ſi ſine heredibus deceſſerit, Duriam nominatam ſub pretaxati cenſus penſione in extremis cuicumque uoluerit ordinare. Ne autem ſuper conceſſione huiusmodi aliqua in poſterum poſſit calumpnia ſuboriri. preſentem paginam conſcribi fecimus, et ſigilli noſtri munimine roborari. Teſtes ſunt *Heinricus* et *Albertus de Lerchenvelt Canonici Ratisponenſes. Hermannus. Ekko.* et *Magenſo. fratres de lihtenberch. Gozvvinus de Eglolſſheim, Livpoldus. Pragarius. Rvdgerus. Pragarius. Heinricus* inter latinos et frater ſuus *Ekkebertus*, et alii quam plures. Acta ſunt hec *Ratisbone.* Anno gratie. M. CC. XXXV. IIII. Kal. Martii.

Num.

Num. LXVI. Epiſcopus Bambergenſis confirmat contractum inter Advocatum et Monaſterium Altahenſe initum. Circa an. 1236.

In nomine ſancte et indiudue Trinitatis. Ego dei gratia *Eckebertus Babenbergenſis* Epiſcopus uniuerſis chriſti fidelibus in perpetuum. Locis religioſis quibus ipſo iure patrocinari tenemur, eo maiora ſubſidia porrigere intendimus, quo indebitis preſſuris et calamitatibus urgentur. Unde ad notitiam uniuerſorum pertingere volumus, quod cum *Altahenſis* Eccleſia, que ad nos ſpectare videtur, bellis, incendiis, depopulationibus, et Comitum de *Pogen* indefeſſis predationibus deſolata iaceret. *Poppo* eiusdem loci fidelis noſter et dilectus Abbas ueniens ad nos in ciuitatem *Patavienſem* nobis ſignificare curauit, quod *Albertus comes aduocatus* ſuus ſub quodam contractu peteret ab eo *centum talenta*, ea pactione, ut predictam Eccleſiam a proximo feſto S. Michaëlis per annum ab omni rapina et indebitis exactionibus illeſam, inſuper proprio iure ſuo pretermiſſo, cum quieta et omnimoda pacis ſecuritate relinqueret. Quod cum nobis parum momenti habere uideretur, ſcientes eum huiusmodi contractus et contitiones antea plures violaſſe, vehementius precando inſtitit, dum ſaltem precibus eius pro votis annuimus. Porro predictus comes cum Abbate ad nos perueniens celebrandi contractus ſtabilitatem in manus noſtras ſponendo pleno iure aduocatiam confirmare voluit. quod contradicendo facere omnino non conſenſimus, preſertim dum ipſe eandem aduocatiam a nobis et a proximo deceſſore noſtro jure feudali nunquam receperit. Verumtamen inſtanti rogatu ipſius ad ultimum in hoc pro commodo Abbatis conſenſimus, quatenus quicquid prefatus. A. Comes in aduoca-

uocatia iuris habere uideretur in manus ponendo prememoratum confirmaret contractum. Ea uero conditionis interpoſita lege hoc factum conſtat, ut nec ipſe nec quisquam iudicum ſuorum, aut exactorum infra prefinitum terminum, ſcilicet a feſto S. Michaëlis per annum vel in proprio vel legitimo ſuo iure, vel iudiciis, ſiue pernoctationibus, ſeu quibusſibet exactionibus quidquam poteſtatis habeat, ſed omnia interim in uſum cedant Eccleſie. Quodſi huius confirmationis temerator extiterit, absque omni reclamationis remedio aduocatia libere in noſtram poteſtatem redire debet, ita ut in arbitrio noſtro poſitum ſit concedere eam, cui potiſſimum voluerimus. Ad maiorem huius facti euidentiam preſentem paginam ſigillo noſtro teſtes ſubſcribendo inſigniri iuſſimus. *Gundeloch. Sifrid.* item *Sifrid.* Magiſter *Luipoldus. Henricus Kalhoch de Winzer. Walkun. Alram.* item *Alram* canonici Pataujenſes. *Kalhohus. Cunradus* maior Plebanus. *Henricus de Petembach. Cunrad de Pirenbach.* milites. *Conrat de Gundilehouen. Gerhoch de Uramlineſperge. Meinhalm. Bernhart. Oulricus Pruſtl. Herbort.* et alii multi.

Num. LXVII. Confirmatio Parochiæ Spitz. Anno. 1238.

Gregorius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis. Abbati et conuentui Monaſterii in *Altha* ordinis ſancti Benedicti *Patauienſis* dyoceſis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Sacroſancta Romana eccleſia deuotos et humiles filios ex aſſuete pietatis officio propenſius diligere conſueuit et ne prauorum hominum moleſtiis agitentur eos tamquam pia mater ſue protectionis munimine confouere. Eapropter dilecti

in

in domino filii veſtris iuſtis poſtulacionibus grato concurrentes aſſenſu perſonas ueſtras et Monaſterium in *Altah* in quo diuino eſtis obſequio mancipati cum omnibus bonis que in preſentiarum rationabiliter poſſidet aut in futurum iuſtis modis preſtante domino potèrit adipiſci, ſub beati Petri et noſtra protectione ſuſcipimus. Specialiter autem eccleſiam in *Spitze* cum pertinenciis ſuis cuius ius patronatus ad uos aſſeritis pertinere, quam uenerabilis frater. R. Epiſcopus *Patauienſis* loci dyoceſanus prout ſpectabat ad eum Capituli ſui accedente conſenſu, Monaſterio ueſtro in uſus proprios retinendam, pia et prouida liberalitate conceſſit ſicut in litteris eiusdem Epiſcopi plenius dicitur contineri prout ea omnia iuſte ac pacifice poſſidetis nobis et per uos ueſtro monaſterio auctoritate apoſtolica confirmamus et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Ita tamen quod perpetuo uicario qui pro tempore ſeruiet in eadem ad ſuſtentacionem ſuam et ſubeunda epiſcopalia et alia onera, eiusdem eccleſie congrua porcio de ipſius prouentibus aſſignetur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre protectionis et confirmationis infringere uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc adtemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *lateran.* Id Marcii. Pontificarus noſtri anno. XII.

Num. LXVIII. Confirmatio Parochiæ in Arnpruk. Anno 1238.

Gregorius epiſcopus ſeruus ſeruorum dei, Dilectis filiis. Abbati et conuentui de *Altah* ordinis ſancti *Benedicti Patauienſis* Dyoceſis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Cum

a nobis petitur quod iuſtum eſt et honeſtum tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in domino filii ueſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu ius patronatus Eccleſie de *Anneprvkke* quod ex conceſſione quondam *Bertholdi comitis de Pogen* patroni eiusdem venerabilis fratris noſtri. Ch. *Ratisponenſis* epiſcopi loci dyoceſani accedente conſenſu, Monaſterium ueſtrum proponitis canonice aſſecutum nec non villam dicti loci et alia bona que idem comes ad ipſum ſpectancia pia uobis liberalitate donauit, ſicut ea omnia iuſte ac pacifice obtinetis, uobis et per uos eidem Monaſterio auctoritate apoſtolica confirmamus, et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nvlli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere uel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ſe nouerit incurſurum. Datum *Lateran.* XV. Kaln. April. Pontificatus noſtri anno duodecimo.

Num. LXIX. Inſtrumentum, contractum de Curia Mangolting reſpiciens. Anno 1238.

Sifridus ſola miſeratione diuina *Ratisponenſis Epiſcopus Imperialis aule Cancellarius* vniuerſis preſentem paginam inſpecturis ſalutem in domino. Quoniam propter infirmam hominum memoriam bene et rite determinata in obliuionem uergunt. et ſic uel pereunt uel litigioſa fiunt. ne id eueniat in preſenti negotio. nouerit omnis etas tam preſens quam futura. quod *Dietmarus* Abbas in *inferiori Altah.* *Alberto de Lerchen-*

velt.

velt. et eius uxori. *Chlaremie* contulit quandam Curiam in *Mangoltinge* hac adiecta condicione, ut ab ipſis et heredibus eorum ſingulis annis in feſto. S. Mauricii. *V. ſolidos denariorum Ratisponenſis monete* et due libre piperis exinde perſoluantur. Alioquin ſequenti die ad penam. *V. librarum* eiusdem monete teneantur. Inſuper appoſita fuit talis condicio. quod ſi predictus. A. ſine herede deceſſerit, ſupradicta uxor ipſius eandem curiam tempore uite ſue poſſideat, ſub tenore pene et cenſus ſupra memorati. Si uero per alium uirum liberos habuerit ipſa decedente non ad illos ſed ad Eccleſiam *Altahenſem.* eadem curia integre ac libere deuoluatur. et ne ſuper huiusmodi contractu aliqua poſſit inpoſterum oriri dubitatio ad requiſitionem dictarum partium ipſum ſigilli noſtri munimine duximus roborandum. Teſtes. *Dietmarus. Poppo. Chvnradus.* Plebani. *Chvnradus de Ingolſtat. Tymo* et *Vlricus. Rvdgerus. Eppo* et alii quam plures. Datum. anno domini. M. CC. XXXVIII. X.VII. Kal. Nouembris.

Num. LXX. Confirmatio pontificia omnium Poſſeſſionum, præſertim Parochiarum & decimarum. Anno 1239.

G*regorius epiſcopus ſeruus ſervorum Dei* dilectis filiis *Ditmaro* abbati Monaſterii in *Altah* eiusque fratribus tam preſentibus quam futuris regularem uitam profeſſis *In perpetuum.* Religioſam uitam eligentibus apoſtolicum conuenit adeſſe preſidium ne forte cuiuslibet temeritatis incurſus aut eos a propoſito reuocet aut robur quod abſit ſacre religionis infringat. Ea propter dilecti in domino filii ueſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus et monaſterium in *altha Patauienſis* Dyoceſis in quo diuino eſtis obſequio mancipati

ſub

ſub beati Petri et noſtra protectione ſuſcipimus et preſentis ſcripti priuilegio communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes ut ordo monaſticus qui ſecundum Deum et beati *Benedicti* regulam in eodem monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Preterea quaſcumque poſſeſſiones quecumque bona idem monaſterium in preſentiarum iuſte ac canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum largitione regum uel principum oblatione fidelium ſeu aliis iuſtis modis preſtante domino poterit adipiſci firma uobis ueſtriſque ſucceſſoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis. Locum ipſum in quo prefatum monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinenciis ſuis de *Ingolſtat.* de *Mvendrichinge.* de *Erilpach. Haidolfinge. Svvarzaha, de Paſchinge, Pfoelinge, Svvarzaha* et *de Regen*, eccleſias cum omnibus pertinentiis earumdem. de *Vrbach.* de *Ieling. Nezzelbach. Flinſpach Celle. Iſerhoven. Puchoven. de Chventzen. Oetling. Peringe. Ceholvinge. Spitze. Akeſpach. Abſtorf. et Zaiah* eccleſias cum omnibus pertinentiis earumdem. Decimas quas habetis in *Ingoltſtat, Mvudrichinge, Haidolfinge, et Spitze* cum pratis, uineis, terris, nemoribus, vſuagiis et paſcuis in boſco et plano, in aquis et molendinis, inuiis et ſemitis et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus ſuis. Sane noualium ueſtrorum que propriis manibus aut ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit ſiue de ueſtrorum animalium nutrimentis nullus a uobis decimas exigere uel extorquere preſumat. Liceat quoque uobis clericos uel laicos liberos et abſolutos e ſeculo fugientes ad conuerſionem recipere et eos abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli fratrum ueſtrorum poſt factam in monaſterio ueſtro profeſſionem fas ſit ſine abbatis ſui licentia

de

de eodem loco niſi artioris religionis obtentu diſcedere. Diſcedentem uero absque communium litterarum ueſtrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat uobis clauſis ianuis excluſis excommunicatis, et interdictis non pulſatis campanis ſuppreſſa uoce diuina officia celebrare, dummodo cauſam non dederitis interdicto. Criſma uero oleum ſanctum conſecrationes altarium ſeu baſilicarum ordinationes clericorum ueſtrorum qui ad ordines fuerint promouendi a dyoceſano ſuſcipietis epiſcopo ſiquidem Katholicus fuerit et gratiam et communionem ſacroſancte Romane ſedis habuerit et ea uobis uoluerit ſine prauitate aliqua exhibere. Prohibemus *inſuper*, ut infra fines parochie ueſtre nullus ſine aſſenſu *dyoceſani* Epiſcopi capellam ſeu oratorium de nouo conſtruere audeat. Saluis priuilegiis pontificum Romanorum. Ad hec nouas et indebitas exactiones ab archiepiſcopis, Epiſcopis, Archidyaconis, ſeu decanis aliisque omnibus eccleſiaſticis, ſecularibusue perſonis a uobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus ut eorum deuotioni et extreme uoluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberauerint niſi forte excommunicati uel interdicti ſint, aut etiam publice uſurarii nullus obſiſtat. Salua tamen iuſticia illarum eccleſiarum a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decimas preterea et poſſeſſiones ad ius eccleſiarum ueſtrarum ſpectantes *que* a laicis detinentur redimendi et legitime liberandi de manibus eorum et ad eccleſias ad quas pertinent reuocandi libera ſit uobis de noſtra auctoritate facultas. Obeunte uero te nunc eiusdem loci abbate uel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtucia ſeu uiolentia preponatur. niſi quem fratres communi conſenſu uel fratrum maior pars conſilii ſanioris ſecundum dei et beati Benedicti regulam prouiderint

 eligen-

eligendum. Paci quoque et tranquillitati ueſtre paterna impoſterum ſollicitudine prouidere uolentes, auctoritate apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuras locorum ſeu gerangiarum ueſtrarum nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſauguinem fundere, hominem temere capere uel interficere ſeu uiolentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a predeceſſoribus noſtris romanis pontificibus Monaſterio ueſtro conceſſas nec non libertates et exemptiones ſecularium exactionum a regibus et principibus uel aliis *fidelibus* rationabiliter uobis indultas auctoritate apoſtolica confirmamus et preſentis ſcripti priuilegio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monaſterium temere perturbare aut eius poſſeſſiones auferre uel ablatas retinere, minuere, uel quibuslibet uexationibus fatigare ſed *omnia* integre conſeruentur, eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentacione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Salua ſedis apoſtolice auctoritate, dyoceſanorum Epiſcoporum canonica iuſticia, et in predictis decimis moderatione concilii generalis. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisue perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere uenire temptauerit, ſecundo tercioue commonita non reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat et a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine dei et domini redemptoris noſtri iheſu chriſti *aliena* fiat, ad que in extremo examine diſtricte ſubiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax domini noſtri iheſu chriſti quatenus et hec fructum bone actionis percipiant et apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inueniant Amen.

Ego

Ego *Gregorius* Katholice ecclesie episcopus.
Ego *Jacobus* Tuſculanus episcopus.
Ego *Romanus* Portuenſis et S. Rufine episcopus.
Ego frater *Jacobus* peneſtrinus episcopus.
Ego *Guifredus* ſabinenſis episcopus.
Ego *Thomas* titulo S. Sabine presbyter cardinalis.
Ego *Sinibaldus* titulo S. Laurentii in lucino presbyter Cardinalis.
Ego *Stephanus* S. Marie trans tiberim titulo Calixti presbyter Cardinalis.
Ego *Rainherius* S. Marie in coſmidin dyaconus Cardinalis.
Ego *Robertus* S. Euſtachii dyaconus Cardinalis.
Ego *Riccardus* S. Angeli dyaconus Cardinalis.

Datum *Lateran.* per manum fratris *Jacobi* S. Romane eccleſie uicecancellarii. XVII. Kaln. Mai. Indictione. XII. Incarnationis dominice anno. M. CC. XXXVIIII. Pontificatus uero domni Gregorii pape VIIII. anne Terciodecimo.

Num. LXXI. Conceſſio Uſus Pontificalium. Anno 1240.

Gregorius (IX) Episcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filiis. *Dietmaro* abbati et Conuentui Monaſterii *Altahenſis*, Ordinis S. Benedicti Patauienſis dyoceſis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Cum ſicut Nobili uiro, *Ottone*, *Comite Palatino Rheni*, *duce Bavvarie*, intelleximus referente, Monaſterium neſtrum *inter alia Monaſteria Ducatus Bavvarie nobilitate preſulgeat*, et dignum exiſtat, ut idem Monaſterium, quod in ſpiritualibus et temporalibus florere dicitur, per ſedem apoſtolicam honoretur. ipſius Nobilis precibus inclinati, uobis,

ut tu fili Abbas, et alii qui pro tempore eidem Monaſterio preſuerint, Mitra et Anulo uti poſſitis, auctoritate preſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere, uel ei auſu temerario contraire. Siquis avtem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem Omnipotentis dei, et beatorum Petri et Pavli Apoſtolorum ſe nouerit incurſurum. Datum *Lateran.* II. Idus April. Pontificatus noſtri anno Quarto decimo.

Num. LXXII. Confirmatio Dominii Arnpruk. Anno 1242.

Otto dei gratia palatinus Comes Rheni. Dux. *Bawarie*, vniuerſis preſens ſcriptum iutuentibus ſalutem. Notum fieri uolumus tam preſentibus quam futuris. quod dilectus nobis domnus *Hermannus* venerabilis abbas eccleſie *Altahenſis* quedam ſcripta bone memorie *Berhtoldi. Comitis de Bogen. fratris noſtri.* noſtre excellentie preſentauit. petens humiliter et deuote vt ſibi et eccleſie ſue donationem factam. per dictum Comitem. Eccleſie *Altahenſi* in predio in *Annibrvkke* confirmare ac ſtabilire mercedis diuine intuitu dignaremur. Nos autem peticionem ſuam taliter admittentes concedimus vt eadem predia videlicet ius patronatus. Eccleſie in *Ennepvke.* cum villa eiusdem eecleſie. Decimis colonis. ad idem predium pertinentibus queſitis et inquirendis. ſicut in priuilegiis predicti fratris noſtri. *B. Comitis* eſt expreſſum. ſicut hucusque poſſedit quiete poſſideat. eccleſia ſupradicta. niſi fortaſſis experiamur. inpoſterum. quod eadem bona predictus Comes ſine conſenſu noſtro et patris noſtri pie memorie. *Lvdewici* Ducis nulli legare potuit uel donare. Quod ſi nobis conſtiterit. et

propter

propter timorem domini. et amorem ivri noſtro renuntiare noluerimus in hac parte ipſum predium in noſtrum dominium redigatur. perſolutis tamen prius *LXXV. libris. Ratisponenſis monete.* eccleſie memorate. in quibus eadem predia tunc temporis pueris *Sifridi de Gravenvviſen.* fuerant obligata. Nam predictus Abbas cum pecunia eccleſie ſue dictum predium niſi ſub tali conditione interpoſita redimere non curabat. Vt autem preſens ſcriptum ratum permaneat et inconuulſum. ipſum ſigilli noſtri munimine fecimus roborari. cum teſtibus ſubnotatis. Teſtes ſunt *Heinricus* prepoſitus eccleſie Monaſterienſis. *Ditricus* abbas *de Alderſpach. Albertus* abbas de *Mstem. Otto* Comes de *Grvenpach. Alrammus de Hals. Alhardus de Priſing. Sifridus de Frovvenberch. Chuno de Tvſchendorf. Dietricus de Monchdorf. Albertus iudex de Stravving. Vlricus plebanus de Vikta. Pichperus.* Notarius. et alii quam plures. Datum apud *Stravbingen.* Anno domini. M. CC: XLII. Indictione prima. pridie Nonn. Decembris.

Num. LXXIII. Immunitas a Jure advocati, cum libera Facultate alium eligendi, confirmatur. Anno 1243.

Nos *Fridericus* Dei gratia Dux *Auſtrie et Styrie* et dominus *Carniole.* Notum fieri volumus tam preſentibus quam futuris. quod *Hermannvs* venerabilis Abbas Eccleſie *Altahenſis* coram nobis per priuilegia probauit ſufficienter, quod eadem Eccleſia in predio ſuo, videlicet villa in *Abſtorff inferiori* nullum pati debeat aduocatum, niſi quem ipſe et ſucceſſores ſui Abbates et fratres dicti cenobii libere ſibi et ſpontanee duxerint eligendum. infringentem iura ipſorum in alium utiliter

com-

commutando. Nos igitur progenitorum noſtrorum in ſingulis que ad ſalutaria diriguntur inherere veſtigiis cupientes, probationem et conceſſionem memoratam. huius ſcripti teſtimonio fauorabiliter duximus renouandam, precipientes firmiter et diſtricte, ut is quem loco noſtri ipſis pro tempore dederimus defenſorem, nullas exactiones indebitas faciat in predium memoratum, ſed iure ſuo, videlicet *decem ſolidorum* ſolutione *monete uſualis* tantummodo ſit contentus, et tribus placitis in anno, in quibus ſolummodo diſcutiat que pacem violant, ſaluis per omnia rebus Eccleſie memorate, nec non iure predicto, videlicet ut pro arbitrio ſibi alium eligant defenſorem, cum transgreſſio uel inutilitas illius poſtulauerit, qui pro tempore datus fuerit, in priuilegiis dicte Eccleſie vidimus contineri. Ut autem hec facta per nos renouatio robur obtineat perpetue firmitatis, preſens inſtrumentum confectum in euidens teſtimonium predictorum iuſſimus ſigillorum noſtrorum munimine roborari. Actum in Caſtro *Medlico*. Anno Domini M. CCXLIII. II. Non. Febr.

Num. LXXIV. Confirmatio Laudi ſuper Jure Advocatie in Abſtorf. Anno 1243.

Fridericus Dei gratia *Dux Auſtrie et Styrie et dominus Carniole*. Omnibus preſens ſcriptum inſpicientibus iu perpetuum. Conſtituti in noſtra preſentia *Hermannus* ven. Abbas Eccleſie *Altahenſis*. et *Hermannus de Chranichpercb* dilectus Miniſterialis noſter, cum ſuper aduocatia ville in *Abſtorf* contenderent coram nobis ac eſſet tandem ab ipſis in arbitros compromiſſum petierunt idem arbitrium pro noſtre dominationis excellentia confirmari. Volentes igitur in omnibus eccleſiarum

in-

indempnitatibus fauorabiliter prouidere formam ipſius arbitrii iuſſimus exprimi et transſcribi. que talis erat. videlicet quod Abbas et ſui ſucceſſores debent dare *Hermanno de Chranichperch* et ſuis heredibus ſingulis annis in feſto S. Georgii *VIIII. libras* et in feſto S. Michahelis alias. *VIIII. libras uſualis monete.* Inſuper in tribus placitis aduocatus habebit in dicta villa cum XXIIII. equitaturis. pernoctationes ſingulas ter in anno aut pro expenſis earum omnium recipiet *quinque libras*. Aduocatia etiam illius ville inter fratres et filios uel alios quoscumque nullatenus diuidetur. ſed ſenior heres ſolus erit tantummodo aduocatus. et primogenitus illius poſt ipſum. et ſic deinceps usque ad finem generationis. Et ſi primogenitus heredes non habuerit, mortuo eo ius tale fratrem reſpiciet ſeniorem. Ad hec ſi ſterilitas terre vel incendium aut rapina ſeu aliud quodcumque malum villam ipſam vel partem eius uaſtauerit, Abbas et aduocatus, niſi fiat ex culpa alterius, dampnum equaliter ſuſtinebunt. Perceptis autem ſupradictis. *XXIII. libris* quas pro maiori pace ac quiete Abbas et ſui ſucceſſores aduocato prefate ville ſaluis priuilegiis Eccleſię ſue de ſua camera ſunt daturi, nichil prorſus habebit cum villa tota vel hominibus agere niſi quod furta, homicidia, uiolentos coitus, taliter iudicabit, quod in rebus reorum nullum dampnum eccleſia patiatur. cetera uero iudicia reſpicient ſolummodo ad eccleſie prouiſores. Quicumque autem aduocatus transgreſſus fuerit ſupradictam, in quanto leſerit eccleſiam, in tanto ſibi de predictis denariis ſubtrahetur. Sed ſi ultra tantam ſummam quis eorum eccleſiam offenderit, ius aduocatie perdere debet, niſi auxilium interueniat amicorum. Vt autem iſtud arbitrium ratum et inconuulſum omni permaneat euo, noſtris ſigillis conſirmandum duximus, et perpetuo roborandum. Teſtes. *Ditmarus*

marus

marus plebanus de Velſperch, *Frater Chunradus*, *Heinricus de Vrteil*, *Otto de Ebental*, *Chunradus de Ternberch*, arbiter, *Hadmarus de Schonberch*, *Otto Rinderſchinch*, *Magiſter Vlricus de Chirchperch* protonotarius noſter, *Gotſcalcus* plebanus de *holabrün*, et *Heinricus de Chranichperch*, cuius ſigillum ſimiliter in euidens teſtimonium eſt appenſum. Datum *Himperch*. Anno domini. M. CC. XL. III. Pridie yd. Marcii.

Num. LXXV. Statutum de Liberis ex Uxore alterius Familiæ ſuſceptis. Anno 1243.

Cum propter maliciam aduocati noſtri *Alberti comitis* (de Pogen) per extraneos contractus matrimoniorum eccleſia noſtra fere ſicut in rebus ita quoque in familia deperiſſet. Nos *Hermannus* abbas de utriusque reſtauratione cum ſollerti ac feruenti ſtudio inſudantes, a domno. O. Duce ſuper commixtione ſue ac noſtre familie ſubſcriptam impetravimus conditionem.

Otto dei gratia comes Palatinus Rheni. Dux Bavvarie. Notum eſſe cupimus uniuerſis quod nos ad petitionem domini *Hermanni* venerabilis Abbatis de inferiori *Altah*'talem de familia noſtra et ſue Eccleſie admiſimus conditionem, ut quandocunque aliquis de familia Eccleſie *Altahenſis* uxorem duxerit de familia noſtra, ſi liberos habuerint, primogenitus *ipſorum* Eccleſie attineat ſupradicte. Reliqui vero equaliter diuidantur, Teſtes. *Rapoto Comes Palatinus*. *Comes Chunradus de Wazzerburch*. *Alramus liber de Halz*. *Henricus* Protonotarius. *Alhardus de Preiſinge*. *Sifridus de Frouwenberch*. *Sifridus de Fravvenhouen*. et alii quam plures. Actum *Altahe*. Anno domini. M. CC. XLIII. IV. Kal. Auguſti.

Num.

Num. LXXVI. Commutatio quorumdam Bonorum. Anno 1244.

Otto Dei gratia. Comes Palatinus Reni. Dux *Bavvarie.* Status humane conditionis quia labilis eſt et breuis. idcirco neceſſe eſt ea que a mortalibus geruntur ne ſimul cum ipſis et cum tempore pereant et labantur. firmitate teſtium et ſcripture memoria ad noticiam transfundere futurorum. Proinde notum eſſe cupimus omnibus ſancte Dei Eccleſie fidelibus preſentibus ſcilicet et futuris. qualiter nos cum eccleſia *Altahenſi.* commutationem fecimus de prediis noſtris pro caſtro *Flinsberch.* quod ab *Alberto* quondam *Comite de Bogen fratre noſtro erectum* fuerat in prediis eccleſie memorate. Mortuo namque *eo cum* poſſeſſiones et Comitatus ipſius ad noſtrum dominium iure deueniſſent. penſantes illud caſtrum ad cuſtodiam dicti *Monaſterii* et tocius prouincie fore oportunum. ne eius occaſione predia ſub ipſo ſita uſibus eccleſie deperirent. conſtricti timore pariter et amore diuino. eadem predia in eſtimatione viginti hubarum cum monte in quo illud caſtrum ſitum eſt. cum uineis ſiluis. pratis. paſcuis. et omnibus infra diſtinctis eidem eccleſie commutauimus donantes ei predia meliora. vt nobis in hoc omnino apud Deum et homines conſcientia eſſet ſalua. Tradidimus itaque ad altare ſancti Mavricii glorioſi martyris chriſti contradente una nobiſcum. *Ludvvico filio noſtro* pro ſe et *Heinrico fratre ſuo et* ſororibus ſuis. *Elyſabet. Sophya.* et *Agnete* liberis noſtris predia et proprietates noſtras uidelicet in *Mundreichinge.* duas Curias. cum tredecim hubis et Molendino et prediis infevdatis. cum hominibus quoque promiſcui ſexus cum agris. pratis. paſcuis. ſiluis. ac omnibus que uidentur ad ius et proprietatem illius. predii pertinere.

nere. Preſentibus etiam proteſtamur, quod ad peticionem dilecti noſtri abbatis prelibati et ſucceſſorum ipſius in predictis poſſeſſionibus. Judicem ſolummodo ſtatuere tenemur. antiquum ius videlicet perceptionem *trium librarum* ab ipſo iudice penitus eximentes. Idem uero in iudicio ſibi commiſſo. nullas exactiones. ſeu eneruationes quolibet modo exercere tenetur. hiis articulis exceptis. videlicet furtis, homicidiis, effuſione ſanguinis, violentis coitibus, in quibus plenam habebit iudicandi poteſtatem ſecundum quod vigor expoſtulat equitatis. Item tradidimus eidem eccleſie Curiam vnam in *Ingolſtat* et hubam in *Oetlinge.* Recepimus autem ab eodem altari conſentiente in id ipſum et preſente Venerabili patre domno. *Rvdegero Pataviensis* eccleſie. Epiſcopo. loci dyoceſano per manus domni *Hermanni* venerabilis abbatis. et cunctorum. fratrum. et Miniſterialium eccleſie *Altahenſis.* montem in quo ſitum eſt *Caſtrvm ſlinsperch.* cum vineis. Siluis. Pratis. Paſcuis. ac prediis adiacentibus id eſt villam totam in *Flinspach.* et villas in *Mitterndorf* et in *Satlarn.* In *Nezzelbach.* quoque uillam preter tria quartalia que tunc ſub lite fuerunt. Item quicquid eſt in *Loh.* et in *Ah.* et in *Reinhardeſperg.* et in *Willhalmſperge* et *hohenperge.* et in *Augia.* utraque. que loca omnia ſunt ad viginti hubas a noſtris eccleſieque Altahenſis fidelibus eſtimata. Tradidimus inſuper prefato Monaſterio omnes decimas omnium rerum noſtrarum que in Cellariis uel granariis *Caſtrorum in Flinſperch* et in *Weizzenſtain.* et in prediis noſtris *in Schvtenhoven* colliguntur, uel colligi poterunt in futuro. Volumus etiam ut de victualibus ipſius cenobii nullus officialium noſtrorum audeat exigere mutam uel theloneum ſed per aquas ſurſum uel deorſum ſiue per terras aut Pontes *in toto Ducatu Bavvarico* libere perpetuo transducantur. Et quia

predia

predia ecclesiarum Caſtris uicina ſpe calumpniam patiuntur. hoc annexum eſſe iſtis conditionibus proteſtamur. quod nos et heredes noſtri predia eccleſie ſupramemorate circa dictum caſtrum infra miliarium unum ſita. necdum commutata. quantumcumque requiſiti fuerimus, debemus, et tenemur Eccleſie ſimiliter commutare. Ad hec promiſimus bona fide. quod ſemper impendere uolumus eidem cum pia defenſione ſpecialen gratiam et fauorem. et eadem poſteritati noſtre relinquimus. facienda. ſanctum ipſum locum cupientes in omnibus promouere. Jus tamen patronatus eccleſie in *Nezzelbach* ſiue *Flinſpach* cum decimis et hubam ſilueſtrem in *Winker* predictus Abbas et fratres ſibi ſeruantes a tali concambio excepervnt. Vt autem iſtud factum omni tempore permaneat inconuulſum preſens Inſtrumentum noſtro et *Agnetis* coniuge noſtre, nec non Domni *Hermanni* abbatis et Eccleſie ſue ſigillis placuit roborari. Teſtium qui interfuerunt nominibus ſubnotatis. Teſtes. *Rvdegerus Patavienſis* Epiſcopus. *Hartmannus Comes de Dyligen.* *Fridericus* de *Trvhending*, et *Lvdewicus* filius ſuus. *Fridericus*et *Gebhardus Lantgravii. de Livkgenberg* *Gebehardus Comes de Rotenekke. Alrammus de Hals.* et *Heinricus* de *Poumgarten.* liberi. *Heinricus Monaſterienſis* prepoſitus. *Gotfridus* Capellanus. *Swikgerus* notarius. *Vlricus* plebanus in *Vichta.* et alii quam plures. Datum iu Monaſterio *Altah.* XVI. Kaln. Nouembr. Anno ab incarnatione Domini. M. CC. XL. quarto. Indictione tertia.

Num. LXXVII. Conſenſus Epiſcopi in præcedentem Permutationem. An. 1244.

Rudgerus Dei gratia *Patavienſis* Epiſcopus Omnibus preſens ſcriptum inſpicientibus in perpetuum. Ad *Altahenſe* Monaſterium noſtre dyoceſis uocati, cum illuſtris vir domnus *Otto Comes Palatinus Reni Dux Bavvarie* commutationem facere vellet de prediis in *ſlinsperch.* cum Monaſterio antedicto, ipſum concambivm eidem eccleſie omnimodis expedire uidentes, illud petentibus utrisque partibus noſtro iure firmauimus et conſenſu. Nobis etenim et dicto Duce ac aliis Comitibus et Baronibus terre preſentibus tradidit dictus Dux et *Lvdevvicus* filius ſuus pro ſe et fratribus ſuis ad altare ſancti Mavricii curiam vnam In *Ingolſtat.* et in *Mvndrichinge* duas curias cum. XIII hubis et Molendino et beneficiis infevdatis, cum hominibus etiam promiſcui ſexus ac omnibus prediis ſuis ibidem. uidelicet agris. Pratis. Paſcuis. Siluis ac omnibus que uidebantur ad ius et ad proprietatem illius predii pertinere. in *Oetelinge* vnam Curiam ſuperaddens. Recepit autem idem Dux ab eodem altari per manus *Hermanni* abbtis et cunctorum fratrum. et miniſterialium eccleſie Altahenſis montem in quo ſitum eſt *caſtrum ſlinſperch.* cum uineis ac ſiluis et prediis adiacentibus tunc diſtinctis. firmiſſimo ſe et poſteros ſuos conſtringens promiſſo, quod ſemper impendere uellet eidem eccleſie cum pia defenſione ſpecialem gratiam et fauorem. maxime. cum ſpe ſue ac poſterorum ſuorum gratie et fauoris a fratribus dicte eccleſie huiusmodi commutatio ſit admiſſa. Iſta etiam dictus Abbas et frates ſui ſunt publice proteſtati. quod ius patronatus eccefie in *Nezzilbach* ſive *ſlinſpach* cum decimis et hubam unam in *Wintzer.* a tali concambio exceperunt. et quod predia circa

ca-

caſtrum ſepe dictum infra miliarium unum ſita necdum commutata ipſe Dux uel ſui heredes quandocumque requiſiti fuerunt debeant eccleſie ſimiliter commutare. Oſtenderunt inſuper licentiam in melius commutandi homines et poſſeſſiones preſato Monaſterio traditam per priuilegium regium et antiquum. In huius rei teſtimonium huic cedule ſigillum noſtrum appendimus. teſtium qui interfuerunt nominibus ſubnotatis. Teſtes. *Hartmannus Comes de Diligen. Fridericus de Drvhendingen.* et *Ludvvicus filius* eius. *Fridericus* et *Gebhardus Lantgravii de Levkenberch. Gebhardus Comes de Rotenekke. Alrammus de Halz. Heinricus de Pavmgarten. Heinricus Monaſterienſis* prepoſitus. *Gotfridus.* Capellanus. *Svvikgerus* notarius. *Vlricus de Vitah.* et alii quam plures. Data in Monaſtèrio *Altahe.* XVI. Kal. Nouembr. Anno ab incarnatione Domini M. CC. XL. IIII. Indictione tercia.

Num. LXXVIII. Decimæ nonnullæ Monaſterio conceduntur in Vim præcedentis Permutationis. An. 1246.

Otto Dei gratia *Palatinus Comes Reni. Dux Bavvarie.* Judicibus ſuis gratiam ſuam et omne bonum. Quoniam eccleſia de inferiori Altah decimas omnium bonorum noſtrorum in Cellariis et granariis *ſinsperch. Weizzenſtein* et *Schvtenhofen.* collectorum perpetuo dedimus liberaliter et benigne. uobis ſub obtentu gratie noſtre diſtricte precipiendo mandamus. quatenus decimas eorumdem bonorum ipſi eccleſie ſine difficultate qualibet aſſignetis. Alioquin noſtram contra uos indignationem pariter et offenſam grauiter extendemus. Datum *Landavve* Anno Domini. M. CC. XL. VI. XV. Kaln. Julii.

Num. LXXIX. Immunitas a Theloneo. An. eodem.

Otto Dei gratia. *Palatinus. Comes Rheni. Dux Bawarie.* Omnibus Judicibus. Mutariis. et Thelonearіis ſuis. gratiam ſuam et omne bonum. Quoniam eccleſia de *inferiori Altah.* perpetuo libera indulſimus uoluntate. ut de uictualibus ſuis per pontes. terras. et aquas in noſtro diſtrictu nullus theloneum exigere audeat ſiueMutam. uobis ſub obtentu gratie noſtre diſtricte precipiendo mandamus. Quatenus gratiam talem ipſi eccleſie a nobis conceſſam. nullatenus infringatis. Quod ſi ſecus duxeritis faciendum. noſtram uos ob hoc indignationem incurriſſe noueritis graviter et offenſam. Datum *Landav.* Anno domini M, CC. XL. VI. Quintodecimo Kal. iulii.

Supra ſcriptum ius Mute *Heinricus* Dux per ſuas *litteras* renouauit aput *Straubing* in menſe Maio. Anno Domini. M. CC. L. quinto.

Num. LXXX. Bona Monaſterii ſub nullitate alienari vetantur. An. eodem.

Otto Dei gratia *Palatinus Comes Rheni. Dux Bawarie* Vniuerſis preſentem paginam inſpecturis ſalutem. Cum eccleſiis noſtre iurisdictioni attinentibus et precipue *Altahenſi* eccleſie quam fauore proſequimur ſpeciali. preeſſe teneamur in quantum poſſumus et prodeſſe. volentes hiis ocurrere per *que* incommoda eorumdem poterunt provenire. preſenti ſcripto duximus ſtatuendum, vt Abbas eccleſie memorate alienandi aliquid ab eccleſia ſeu titulo feodali ſiue iure propietatis non habeat poteſtatem ſine uoluntate noſtra. et conſenſu fratrum eccleſie antedicte. Si autem quod credimus contra huiusmodi ſtatutum noſtrum. collationem aliquam prefatus Abbas uel ali-

quis ſucceſſorum ſuorum faceret quomodo illam omnino decernimus irritam et inanem. Et ut ea que promiſimus robur obtineant perpetue firmitatis preſentes litteras ſigilli noſtri mvnimine roboratas. damus eccleſie ſepedicte in euidens teſtimonium et cautelam. Datum apud *Schyram*, Pridie Id. octob. Anno domini M. CC. XLVI.

Num. LXXXI. Immunitas a Theloneo apud Pleinting conceſſa per Comitem de Ortenburch. An. 1247.

Rapoto Dei gratia *Palatinus Comes Bavvarie* omnibus preſentem paginam inſpecturis. Quoniam ea que geruntur in tempore ne ſimul cum tempore pereant et labantur. neceſſe eſt ea ſcriptura et teſtibus roborari. Hinc eſt quod nos ad peticionem dilecti Domni *Hermanni* venerabilis abbatis eccleſie *Altahenſis* omne ius quod eadem eccleſia in recipienda muta noſtra uel theloneo aput *Pleinting* a noſtris progenitoribus hactenus habuiſſe dinoſcitur ſibi conceſſimus liberaliter et benigne. illud uidelicet, ut omnia uictualia predicte eccleſie de *Altah* per terras et aquas aſcendentia uel deſcendentia aput dictum oppidum noſtrum in *Pleinting*, aut alibi ubi eandem Mutam uel theloneum recipienda duxerimus tranſitum habeant perpetuo liberum et ſecurum. Vt autem hec inconuulſa permaneant et robur obtineant perpetue firmitatis. preſentem paginam Sigilli noſtri munimine duximus roborandam. Actum aput *Pleinting*. V. Id. Marcii Anno domini. M. CC. XLVII. Indictione V. coram hiis teſtibus, *Ottone*, Comite de *Grunnepach* *Hoholdo* de *Neidek*, et *Heinrico de Bovmgarten* liberis. *Hartperto de Aheim*. *Wernhero de Anzenchirchen*. *Heinrico dicto Geſtlino*. *Vlrico de Reiſch* tunc mutario. *Henrico* dicto *Prazerio*.

Chun-

Chunrado de Tuteling, *Suvikero de Henrico* fratribus *de Vorſt Sibotone de Vrlivgeſperge*. *Hartlibo* dicto *Lamina*. *Pabone de Aberbach*. et aliis quam pluribus. Datum per manum *Chunradi di Chnucheim*. Notario noſtro.

* Sigillum ſub N. 27.

Num. LXXXII. Prædium Obernvverd emptum, per commutationem a ſubjectione feudali liberatur. Anno 1248.

R*udgerus* Dei gratia *Patavienſis* Epiſcopus omnibus preſentem littaram inſpecturis ſalutem in Domino. Teſtimonio preſentis ſcripti pateat vniuerſis quod cum *Albertus* nobilis de *Hals* et ſui progenitores predium in *obernuverde* cum omnibus ſuis atttinentiis ab eccleſia *Patavienſi* feodaliter poſſiderent, ac ex hoc Monaſterium *Altahenſe* cum eidem nimis vicinum eſſet, incommoda plurima ſuſtineret. Dilectus in Chriſto frater Dominus *Hermannus* Abbas preſate Eccleſie aput predictum *Albertum* ipſum predium, pro quadam ſumma pecunie conparauit, commutans ius proprietatis, aput eccleſiam noſtram, cum equiualenti predio, ſimiliter infeodato, uidelicet cum una huba in *Adilpolding*, quam a nobis *Harlibus* miles *dictus Lamina*, et *Heinricus* frater ſuus, recipient titulo feodali. Item aliam hubam in *Oed*, quam recipient *Gotfridus* dictus *Störo*, et *Heinricus de Halding* milites. Adicimus etiam. quod dictus. *Al. de Hals*, nobis reſignationem dicti predii in *Obernuverde* offerente predictas hubas, quas titulo commutationis, nomine eccleſie noſtre recipimus, viris et feminis, ſecundum ius Miniſterialium *Altahenſis* eccleſie conferemus. In cuius teſtimonium preſentem litteram, ſigillo noſtro et Capituli fecimus roborari.

borari. Datum *Patauie.* Anno Domini. M. CC. XLVIII. Non Februarii.

Num. LXXXIII. Supplicatio Venditoris dicti Prædii ad Dominum directum pro concedenda proprietate eiusdem.

Domno ſuo dilectiſſimo. R. dei gratia *Patauienſis* ecclesie venerabili Epiſcopo. *Albertus de Hals* debitum ac deuotum ſiue poſſibilitatis obſequium. Nouerit dominatio ueſtra. quod nos propter deum et noſtram ac progenitorum noſtrorum ſalutem recepta etiam a domno abbate de *Altah* quadam ſumma pecunie, villam in *Obernvverde*, quam a vobis feodali titulo poſſidemus, taliter contulimus ecclesie *Altahenſi*, quod Miniſterialibus eiusdem ecclesie, ad ius conſeruationis feodaliter contulimus ipſam villam. et quod iidem Miniſteriales, cum manu noſtra, pro *Mille marcis argenti* et amplius obligauerint ipſum feodum ecclesie *Altahenſi*. dominationi itaque veſtre vna cum domno *Purchardo de Weier* cum cuius conſilio hec omnia fecimus. ſupplicamus affectuoſe, quatinus ius proprietatis dicti predii dare velitis ecclesie memorate. quod ſi facere nolueritis, nos iuri noſtro cedimus, et ipſum feodum, per preſens ſcriptum uobis integre reſignamus.

Num. LXXXIIII. Conceſſio Decimarum An. 1249.

Otto. Dei. gratia. *Comes. Palatinus. Rheni. Dux Bavvarie.* Omnibus officialibus ſuis gratiam ſuam et omne bonum. Quoniam ecclesie de *inferiori Altah* decimas omnium bonorum illorum, que nobis ex morte bone memorie *Rapotonis. Palatini. Comitis Bavvarie* vacare ceperunt liberaliter contu-

 limus.

limus. et benigne uobis ſub obtentu gratie noſtre diſtricte precipiendo mandamus, quatenus decimas eorumdem bonorum cum in Granaria noſtra ſiue cellaria collecta fuerint. ipſi eccleſie ſingulis annis ſine difficultate qualibet aſſignetis. Datum in *Plœdling*. III. Kaln. Febr. Anno domini. M. CC. XL. VIIII.

Num. LXXXV. Immunitas a Theloneo Paſſavii. Anno 1249.

R*vdigerus* dei gratia Patauienſis Epiſcopus. Omnibus hanc litteram inſpecturis Salutem in domino. Teſtimonio preſentium litterarum notum facimus vniuerſis. quod nos obſequia deuota que venerabilis in Chriſto frater noſter *Hermannus Altahenſis* Abbas, ſuique predeceſſores, nobis et noſtris predeceſſoribus fideliter impenderunt, diligentius intuentes, eidem Abbati ſuisque ſucceſſoribus plenius indulgemus, quod ductores nauium ſuarum aſcendentium ab *Auſtria* ſiuc fuerint hoſpites uel aduene uel cuiuscumque conditionis cum uenerint in *Pataviam* nullam in perpetuum mutam dabunt. Et *Altahenſis* Eccleſia ex hac noſtra donacione gaudebit in perpetuum tali iure. Ne autem huic noſtre donacioni aliquis ſucceſſorum noſtrorum debeat obuiare. preſentem litteram ſigilli noſiri teſtimonio communimus. Huius rei teſtes ſunt. *Gerhohus Archydyaconus Auſtrie. Ditmarus tum plebanus. Otto de Lonsdorf.* Canonici Patauienſes. *Heinricus Maticenſis* decanus. *Gebolfus* plebanus de *Nuvenchyrchen*. *Rudigerus* Judex *Patavienſis*. *Chriſtannus, Chunradus de Helmgerſperge. Heinricus dictus Hutſchmunt*. ciues Patavienſes. *Heinricus de Hohenvvart. Vlricus de furt. Wernhardus de Inna. Ditmarus de Engelpoltsdorf. Herbordus pincerna*. familia Epiſcopi. et alii quam plures.

res. Datum apud *Altah*. IIII. ydus Septembris. Pontificatus noſtri anno. XVII. Anno autem domini. M. CC. XLVIIII.

Num. LXXXVI. Immunitas a quadam Muta in Auſtria. Anno 1251.

Otakarus dei gratia. *Dux Auſtrie et Stirie et Marchio Moravie.* Omnibus hanc litteram inſpecturis in perpetuum. Cum noſtra celſitudo ex gratia et fauore ſpeciali. eccleſiarum indempnitatibus noſtris cogitet temporibus prouidere, nec non iura earum que ex conceſſione predeceſſorum noſtrorum dinoſcuntur hactenus habuiſſe. ipſis conſeruare uelimus, preſentis ſcripti teſtimonio fratribus eccleſie in *Altah*, quorum etiam deuotio plurimum nos inducit. fauorabiliter indulgemus, ut ſingulis annis uictualia ſua per Mutas noſtras ex thelonea. in terris et in aquis, liberum tranſitum habeant et ſecurum. hiis dumtaxat exceptis, quod Mutarii in tranſitu prime Mute ſcilicet in *Stein* pro iure ſuo recipiant tantum *ſexaginta quatuor denarios*, et ſic a *Stein* usque ad *Ips* libere pertranſibunt. In ſecunda uero Muta. uidelicet in *Ips*, Mutarii per ſe recipient tantummodo duas pelues. duas cyrothecas. piperis liberam unam. Mutarii uero de *Müthouſen* tempore ſue Mute. recipient pro iure ſuo tantummodo *uiginti quatuor denarios*. In *Lintza* uero nihil. Sed ſic omnes noſtri Mutarii integraliter expediti, exactiones amplius non facient in eosdem. Sed quemadmodum eſt premiſſum. liberum in terris et in aquis habebunt tranſitum et ſecurum. Vt autem huiusmodi gratia eis perpetuo debeat conſeruari. preſentem paginam ſigillorum noſtrorum munimine iuſſimus roborari. Datum in *Nivvenburch*. Anno dominice incarnationis. M. CC. LI. Indictione nona.

Num. LXXXVII. *Vidimus* ſuper Litteras Recognitionis feudalis. Anno 1254.

Nos *Heinricus* dei Gratia *Babenbergenſis Epiſcopus* preſens ſcriptum notum fieri cupimus uniuerſis, quod nos privilegium bone memorie *Ludvvici* quondam *Palatini Comitis Rheni*, *Ducis Bavvarie*, quod repoſitum habemus in ſacrario noſtro in *Babenberch* peruidimus ſigillatum ſigillis quondam *Heinrici Romanorum regis* inclite recordationis et aliorum principum, quorum nomina in eodem priuilegio continentur, non abolitum non cancellatum nec in aliqua ſui parte vitiatum, cuius tenor per omnia talis eſt. „ *Luduuicus*. *Dei* „ *gratia*. *Palatinus*. *Comes*. *Rheni*. *Dux*. *Bavvarie*. omni- „ bus in perpetuum. Quoniam labilis eſt memoria hominum „ ideo ne ea que rite aguntur poſtmodum reuocentur, conſue- „ uerunt ſcripti munimine roborari. Quapropter confitemur „ et notum eſſe cupimus uniuerſis tam preſentibus quam futu- „ ris, quod venerab. domnus noſter. *Ekbertus*. *Babenbergenſis*. „ Epiſcopus. nos et *Ottonem filium noſtrum*. *Palatinum*. *Co-* „ *mitem*. *Rheni*, noſtroſque heredes omnes qui iure feodali „ ſuccedere debent nobis etc. „ exſtat integrum ſupra. N. „ LXIII.

Quia igitur *altahenſis Eccleſia Babenbergenſi eccleſie taliter eſt annexa*, *ut quod contingit unam*, *alteram tangere videatur*, et ſpecialiter in hoc facto, quod aduocatia Eccleſie *Altahenſis* eſt de feodo predicto, ne forte poſſit ei preiuditium generare, ſi *Duces Bavvarie*, preſentes uel futuri, in aliquo venirent contra priuilegium prenotatum. Nos ad peticionem venerabilis in Chriſto et nobis dilecti *hermanni* eiusdem Eccle-

ſie

ſie *Abbatis*, ipſum priuilegium, quod et illuſtres domni, *Ludvvicus* et *Heinricus* nunc *Duces Bavvarie*, approbantes et renouantes ſigillis ſuis confirmauerunt. reſcribi fecimus, noſtri ſigilli munimine roboratum. Datum in altah. anno domini. M.CC. LIIII. in menſe Novembri.

Num. LXXXVIII. Primogenitus Thori mixti ſequatur conditionem Patris. Anno 1256.

Heinricus dei gratia *Dux Bavvarie*. Omnibus iudicibus ſuis gratiam ſuam. Chariſſimi genitoris noſtri. O. quondam *Ducis* ſequi beneuolentiam cupientes, Monaſterio de *inferiori Altah* liberaliter indulgemus, ut ſiquis de familia ipſius Eccleſie, militaris vel ruſticana perſona, mulierem de noſtra familia duxerit, et liberos ex ea genuerit, primogenitus ipſorum attineat Eccleſie memorate, reliqui uero pueri equaliter diuidantur. Mandamus itaque vobis, ut cum venerabilis Abbas dicti Monaſterii a vobis duxerit requirendam paritionem ſecundum preſcripta de predictis hominibus facientes, illos qui ſue parti obvenerint cogatis, ut ſibi et eccleſie ſue fidelitatis exhibeant Sacramentum, alios autem homines eiusdem Eccleſie ſibi debitum fidelitatis Sacramentum facere compellatis. Datum in *Naternberch*. Anno Domini. M. CC. LVI. IV. Kal. Januarii.

Ex *Hundio*.

Num. LXXXIX. Conceſſio Novalium. An. 1256.

Albertus miſeratione diuina Ratiſpon. Eccleſie Epiſcopus. dilectis in Chriſto *Herm.* venerabili abbati et Conuentui

 Mona-

Monaſterii de *Inferiori Altah* ſalutem et fraternam in domino Karitatem. Quoniam multa hoſpitalitatis obſequia, que nobis et noſtris anteceſſoribus a ueſtra Eccleſia ſunt impenſa, et precipue conuerſatio laudabilis, cuius odor per dei gratiam de uobis ubique reſpergitur, ad fauorem ueſtri non immerito nos inclinat. Idcirco uobis et Eccleſie ueſtre per preſentia in perpetuum concedimus, ut quicquid deinceps in noſtra dioceſi noualium in ueſtris prediis aut in aliis iu quibus duntaxat decimas hucusque recipere conſueuiſtis, cultum fuerit, due partes decimarum de ipſis noualibus ad uos et eccleſiam ueſtram ſpectent, plebano loci parte tercia remanente. In huius autem gratie ſiue donationis teſtimonium preſens ſcriptum uobis porrigimus ſigilli noſtri munimie roboratum. Datum in *Stauf.* anno dni. M. CC. L. VI. Tercio Idus Octobris.

Num. XC. Confirmatio prioris conceſſionis. Anno 1270.

Frater *Albertus* miſeratione diuina *Ratiſpon.* Eccle. epiſcopus dilectis in chriſto omnibus Decanis, plebanis et Vicariis eiusdem dioceſis ſalutem in dno. Quia venerabilis frater *Hermannus* abbas de *Inferiori Altah* et connentus ipſius ſuam nobis deuocionem adeo noluntariam exhibent et acceptam. ut ipſius Monaſterii profectum affectu ſincero promouere uelimus, mandamus uobis, ut de noualibus, que in ſuis prediis uel in aliis in quibus decime dari predicto Monaſterio conſueuerunt, nullas decimas exigatis, quoniam tempore uicis noſtre eidem abbati commiſimus, ut duas partes de ipſis decimis, que nobis attinent, colligat loco noſtri, plebano loci parte tercia permanente, et cum ſolutio minutarum decimarum

non

non religioſis locis uel perſonis eccleſiaſticis, ſed tantummodo laicis denegari, uolumus et mandamus, ut ubicunque predicti abbas et conuentus recipiunt majores decimas, ibidem et in ſimili porcione recipiant et minutas. Datum *Ratisbone* Pontificatus noſtri die primo.

Num. XCI. Primæ Preces Imperatoris ad Cathedrale Capitulum Paſſavienſe. An. 1257.

R*ihcardus* Dei gratia *Romanorum rex* ſemper auguſtus. dilectis in chriſto Decano totique Capitulo maioris eccleſie *Pataviensis* gratiam ſuam et omne bonum. Predeceſſorum noſtrorum regum ac Imperatorum romanorum veſtigiis inherentes qui in qualibet ſui regni Eccleſia collegiata, ſuper vnius proviſionem perſone petere conſueverunt, et cum omni promtitudine exaudiri, vniuerſiati ueſtre pro *Ludvvico*, dilecti principis noſtri ducis bavvarie Illuſtris, notario, primicias precum noſtrarum, duximus porrigendas. regia mandantes auctoritate. quatinus ipſum ob ſacri Imperii, et noſtram reuerenciam, in Canonicum recipientes et in fratrem, de prebenda prouideatis eidem quam primum ad id obtulerit ſe facultas. taliter id facientes, ut exinde deuocionem noſtram teneamur merito commendare. Datum. feria. II. poſt Pentecoſten. Indictione. XV.

Num. XCII. Titulus Alfonſi Imp.

A*lfoonſus* dei gratia, Romanorum rex, ſemper auguſtus. *Caſtelle. Toleti. Legionis. Galitie. Sibilie. Cordube. Marre. et Gehenvi: Algarbe* Rex. Dux Svveuie. Dilecto et deuoto ſuo et amico Kariſſimo principii ſuo laudabili ſenatori et diſcreto ſenatui et honorabili populo *Alme Vrbis* plurimum diligendis

gendis etc. excellenter honorandis gratiam ſuam et omne bonum.

Num. XCIII. Titulus Manfredi, Friderici Imp. Filii.

Illuſtri viro domno. H. egregio principi *Ducis Bavvarie Comiti Palatino Rheni*, Kariſſimo tamquam fratri et ſpeciali amico ſuo. *Manfredus* Diui Auguſti Imperatoris *Friderici* Filius Dei gratia princeps *Turentinus* honrabilis montis ſancti Angeli Dominus, et Illuſtris regis *Chunradi* in regno Sicilie balius generalis ſalutem et dilectionis perpetue firmitatem.

Num. XCIV. Conceſſio Indulgentiarum facta Eccleſiæ S. Mauricii in Ingolſtat. Circa An. 1259.

Alexander epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio, Rectori Eccleſie S. Mauricii in *Ingolſtat Eiſtetenſis* Dyoceſis. ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Licet is, de cuius munere uenit, ut ſibi a fidelibus ſuis digne et laudabiliter ſeruiatur ex habundantia pietatis ſue que merita ſupplicum excedit, et uota bene ſeruientibus multo maiora retribuat quam ualeant promereri. nichilominus tamen deſiderantes reddere acceptabilem populum domino fideles chriſti ad complacendum ea quaſi quibusdam illectiuis muneribus indulgentiis ſcilicet et remiſſionibus inuitamur ut diuine reddantur exinde gratie aptiores. Cupientes igitur ut Eccleſia tua in honore ſancti Mauricii ſicut aſſeris dedicata congruis honoribus frequentetur, omnibus uere penitentibus et confeſſis, qui eandem Eccleſiam in die anniuerſario dedicationis ipſius, et in feſto predicti ſancti annis ſingulis cum deuotione et reuerentia viſitarint, de omnipotentis Dei miſericordia et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum

eius

eius auctoritate confiſi. XL. dies de iniuncta ſibi penitentia miſericorditer relaxamus. Datum *Anagnie*. III. Id. May. Pontificatus noſtri anno Quinto.

Num. XCV. Locatio Areę Patavii pro LX. denariis An 1259.

M. CC. L. VIIII. *Purchardus de Vilſhouen* aream, quam ab Eccleſia noſtra ad ivs vrbanum, videlicet pro. LX. denariis poſſidebat ſitam retro domum noſtram que eſt in ſtrata Clericorum *Patavie* et protendit in ſtratam ſancte Margarete reſignauit cum manu domni *Hermanni abbatis* quinque Cultellariis videlicet *Paboni*. *Rudgero*. *Heinrico Lunchern*. *Heinrico Schilter*. *Altmanno*, vt ipſi et poſteritas eorum ſoluant Eccleſie noſtre in feſto ſancti Michaelis ad *ivs vrbanum* ſingulis annis *denarios LX*. Actum in domo noſtra in aſſumptione Sancte Marie. Teſtes. *Chunradus lamina*. *Guntherus Cellerarius*. *Vlricus de Sunpach*. *Timo de Chreuzpach*. *Henricus Stëro*. *Albertus pabulus*, et alii quam plures.

Num. XCVI. Locatio Domus in civitate Patavienſi pro una libra denar. patavienſ. 1260.

Nos *Hermannus* Dei gratia Abbas in *Altah* et conuentus ibidem per preſentia profitemur, quod nos *Albino* et vxori ſue *Alheide*, ac omni poſteritati ipſorum ſuperiorem domum *Patavie in ſtrata Clericorum* ſitam, locauimus tali pacto, vt ipſi Eccleſie noſtre *vnam libram denariorum* Patavienſis monete ad *ivs vrbanum* quod uulgo dicitur *Purchrecht*, in feſto ſancti Michaelis ſingulis annis ſoluant. Et ſi per incendium uel per aliquod aliud infortunium fiat inhabitabilis ipſa domus, ipſi fine

adiutorio noſtro uel ſubtractione Cenſus predicti reedificare ipſam domum uel reparare tenentur. Item non debent domui noſtre Inferiori lumen diei obſtrvere ulla parte, et lumen vnius lucerne cum lignis, ſale et holeribus ac lectiſterniis nobis et noſtris hominibus quociens ibi manſerimus, miniſtrabunt. Jus autem vrbanum quod de fundo ipſius domus alias daturi ſumus, nobis de predicta libra ſubtrahetur. Recepimus antem ab ipſis totali collatione *octo libras denariorum Patavienſis monete.* In cuius rei teſtimonium preſens inſtrumentum ſigillorum noſtrorum munimine et ſubſcriptione teſtium fecimus roborari. Teſtes. Domnus. *P. vicedomnus. Wilhelmus de Patavia. Ch. de Avverbach. Gebhardus* mvtarius. *Ditmarus de Pvchofn. Timo Eberhardus de Mulheim. Otto de Mvnicheim. Karolus.* et alii multi. Actum. Anno Domini. M. CC. LX. Non febr.

Num. XCVII. Conceſſio Decimarum, Titulo compenſationis, facta. An. 1260.

H*einricus* Dei gratia *Comes Palatinus Rheni dux bavvarie.* Omnibus preſentem litteram inſpecturis in omnium ſaluatore ſalutem. Quoniam labilis eſt memoria hominum, idcirco eaque rite aguntur, ne poſtmodum reuocentur. conſueuerunt ſcripti munimine et annotatione teſtium roborari. Quapropter per preſentia profitemur et notum eſſe cupimus uniuerſis tam preſentibus que futuris, quod nos *inter cetera ſacra religionis opera famoſam hoſpitalitatem quo in Eccleſia ſancti Mauricii in Altah omnibus ſuperuenientibus inceſſanter et liberaliter exhibetur.* ſimulque grata obſequia quibus dilectus nobis *Hermannus* venerabilis abbas eiusdem Eccleſie deuotionem noſtram erga dictum locum iugiter excitat, adtendentes tam pro remedio anime noſtre ac progenitorum noſtrorum quam pro quibusdam offenſionibus

a no-

a nobis et bone memorie genitore noſtro *Ottone* quondam duce illatis Eccleſie memorate quas ſubtus duximus exprimendas. eidem Eccleſie *Altahenſi* iuxta piam conſuetudinem progenitorum noſtrorum et noſtram. de antiquis bonis noſtris diuerſis hinc inde Monaſteriis hactenus obſeruatam. decimas de granariis. Cellariis et cameris. bonorum noſtrorum infra ſcriptorum. dedimus et tradidimus in perpetuum percipiendas. ad quecumque noſtra granaria. cameras et cellaria. prouentus eorumdem prediorum contingat colligi uel reponi. Sunt autem iſte poſſeſſiones de quarum prouentibus ex donatione noſtra decime ſepefato Monaſterio *Altahenſi* perpetuo ſunt ſoluende. etiam ſi per *nos* uel per aliquem heredum noſtrorum ipſas poſſeſſiones *in parte* uel in toto contingeret deinceps vendi. obligari. uel forſan infeodari. videlicet omnia que a *nepte noſtra Eliſabeth filia Rapotonis* quondam *comitis Palatini Bavvarie.* et Marito ſuo *Hartmanno Comite de Werdenberch.* ad nos ſunt iuſto emptionis titulo deuoluta, id eſt, de prouentibus caſtrorum. *Meſſing. Tabenberch. Rychenberch. Rotenberch. Crizpach.* et *Marquartſtain.* et aliorum oppidorum et uillarum circa ipſa caſtra, noſtram reſpicientium emptionem. Immo etiam de uniuerſis bonis in *Auſtria* ad nos ab eadem nepte noſtra et marito eius predicto titulo deuolutis. Item de omnibus pertinentiis *Caſtri in Geren.* quod a uiro nobili *Chunrado de Lukburch* comparauimus. iure ſimili decimas donauimus Eccleſie memorate. offenſiones autem predicte pro quarum reſtauratione nos antedictas decimas donauimus *Altahenſi* Eccleſie tales erant, videlicet, quod bone memorie. *Albertus* quondam *Comes de Bogen* patruus noſter pro dampnis multis que ſuo tempore intulerat Monaſterio ſepefato. poſſeſſiones quasdam. ſcilicet in *Pebra* et ſuis pertinentiis quaſi ad ſexaginta beneficia, que ex

morte fratris ſui *Liupoldi* clerici ad ipſum hereditario iure defluxerant, una cum jure patronatus Eccleſie in *Geyrſtal.* ac duabus Curiis in *Rubendorf*, et in *Evvich*, ſepenominato Monaſterio delegarat. que omnia predictus genitor noſter *Otto Dux* mortuo eodem Comite ſibi retinuit in recompenſationem eorumdem bonorum, et concambii prediorum circa *Flinsperch.* duas curias villicarias cum. XIII. hubis in *Mundreiching.* cum prediis infevdatis ibidem et aliis quibusdam poſſeſſionibus predicto Monaſterio reaſſignans. Et cum Caſtrum in *Flinſperch* non haberemus neceſſarium, ex indirecta quorumdam conſiliariorum ſvaſione attraximus nobis ſine uoluntate dicti abbatis et fratrum predia in *Mvndriching* ſuperius nominata. reſtituentes eis tantummodo predia circa *Flinsperch.* tandem frequenti ammonitione ac gratis obſequiis predicti venerabilis *Abbatis* et precipue inſtinctu diuini amoris inducti in elemoſina noſtra et recompenſatione dampnorum omnium predictorum ipſi Eccleſie contulimus decimas iam diſtinctas. recipientes a predicto Abbate ac ſuo Conuentu abrenuntiationem totius iuris quod in predictis prediis habebant. refutatis et confractis coram nobis omnibus Inſtrumentis que iura ipſorum in predictis poſſeſſionibus ualide roborabant. Vt autem hec donatio noſtra ſiue dampnorum uel prediorum recompenſatio robur perpetuum obtineant firmitatis, preſentem paginam ſigillo noſtro ac ſubſcriptione teſtium qui interfuerunt iuſſimus roborari. Teſtes. *Otto.* venerabilis *prepoſitus Saltzburgenſis.* domni pape Cappellanus, qui etiam ſigillum ſuum huic ſcripto appendit. *Perihtoldus* Monaſterienſis prepoſitus. *Sifridus de Ffrovmberch. Vlricus de Chamerberch. Heinricus de Pholinger. Gerhohus de ffremleinsperg. Marquardus marſchalcus de Schrofnhvſen. Otto de Strvbing.* Datum in *Vilshofn.* per manum *Heinrici* notarii.

notarii. Tercia decima Kaln. Maij. Anno dominice Incarnationis. Milleſimo. ducenteſimo. ſexageſimo. Indictione tercia.

Num. XCVIII. Locatio alterius Domus Patavii pro dimidio Talento Denar. patav. An. 1261.

Nos *Hermannus* dei gratia Abbas in *Altah* et Conuentus ibidem per preſentia profitemur quod nos *Karolo.* ſeruienti. domni. P. *Decani Patavienſis* et vxori ſue, quam nunc duxerit, inferiorem domum noſtram *Patavii, in ſtrata clericorum* ſitam, locauimus tali pacto, ut ipſi ecclesie noſtre in cenſu *dimidium talentum denariorum Patavienſis monete*, in feſto ſancti Michaelis, ſingulis annis ſoluant. Et ſi per incendium contingat deſtrui, domum ipſam, de cenſu predicto gratia ſibi fiet, ſecundum quod tunc fideles eccleſie poterunt eſtimare. In huius rei teſtimonium preſens inſtrvmentum ſigillorum noſtrorum munimine et ſubſcriptione teſtium, fecimus roborari. Teſtes. Domnus *Poppo Abbas de Obernaltah.* Domnus. *P. Decanus Patavienſis. Chunradus* notarius ſuus. *Chunradus de Aurbach. Timo de Chreuzpach. Eberhardus de Mulhaim. Teinhardus. Heinricus Zindo.* et alii quam plures. Actum *Patav.* Anno domini. M. CC. Sexageſimo Primo. Poſt hoc idem *Karolus* duxit *Hailwigam* in uxorem. Et ad amborum heredes, non reſpiciet ius predictum.

Num. XCIX. Dismembratio Eccleſiarum, Epiſcopali Authoritate facta. An. 1261.

Otto dei gratia. Eccleſie Patauienſis Epiſcopus dilectis in chriſto fratribus. H. venerabili abbati. et conuentui monaſterii *Altahenſis* ſalutem et fraternam in domino karitatem.

Exhibita nobis veſtra peticio continebat, quod cum Eccleſia in *Svvarzach* plures habente filias, quarum tres ſite fuant trans danubium, videlicet *Aichach*, *Tundorf*, et *Mvndorf*, quas plebanus dicte Eccleſie cogebatur inofficiare, per alium ſacerdotem inibi reſidentem, nos predictas tres filias, a iurisdictione matricis Eccleſie in *Svvarzach*, eximere curaremus. Idem petiuiſtis fieri in Eccleſia de *Otling* ut ab eius iurisdictione Eccleſia in *ekolſing* cum ſuis eximeretur terminis, cum reſidencia ſingulorum ſacerdotum, in vtraque ipſarum neceſſario requiratur. Inſuper adieciſtis quod cum parochiales Eccleſie in *Celle* et in *Nezzelbach* tempore hoſtilitatis vni comiſſe ſacerdoti, tam remote ſint ab inuicem, ut in qualibet earum ſinguli ſacerdotes reſidenciam cogantur habere, deinceps duobus conferantur ſacerdotibus ſicut prius. Nos igitur adtendentes quod per talis petitionis effectum cura animarum cautius et ſalubrius et officium diuinorum in predictis eccleſiis crebrius naleat exerceri, habito capituli noſtri conſilio, et eius accedente conſenſu, preces veſtras taliter duximus admittendas, ut Rectoribus earumdem Eccleſiarum, decedentibus vobis et ſucceſſoribus veſtris, quos ius patronatus, ſiue preſentationis reſpicit in eisdem nobis et ſucceſſoribus noſtris ad regimina ipſarum, tot rectores liceat preſentare, quot in peticionibus veſtris, ſuperius expreſſiſtis, ſic ut eccleſia in *Aiche*, de cetero per ſe parrochialis exiſtat, et Eccleſie in *Tvndorf* et *Mønckdorf*, tamquam filie illi ſubſint. In huius rei euidens teſtimonium, preſens inſtrumentum noſtro et capituli noſtri ſigillo duximus roborandum. Datum Patauie. IIII. Idus. Januarii. Anno domini. M. CC. ſexageſimo primo.

Num.

Num. C. Largitio Decimarum novalium in Parochia *Spitz* in Auſtria. Anno 1263.

Otto dei gratia *Patauienſis* Eccleſie Epiſcopus. Vniuerſis preſentes litteras inſpecturis, ſalutem in domino. Sperantes nobis ad eterne beatitudinis dona proficere, ſi per nos Eccleſiis et perſonis deo deuotis aliqua conferantur. Dilecto in chriſto fratri *Hermanno* venerabili Abbati *Altahenſis* Eccleſie et ſuo Conuentui omnes decimas Noualium de vineis et agriculturis per totam Parrochiam in *Spitz* in qua relique decime ad ipſam pertinent. donamus et tradimus pro ſuis et Eccleſie *ſue* vſibus perpetuo poſſidendas. Et ut hec noſtra donatio firma permaneat, et penitus inconuulſa, preſentes eis litteras dedimus noſtro ſigillo conmunitas in teſtimonium et cautelam. Datum *Patav.* Anno domini. M. CC. LXIII. Non. Aug.

Otto dei gratia Eccleſie Patavienſis Epiſcopus. Dilecto in chriſto fratri. I. Canonico eiusdem Eccleſie et decano Chremenſi, ſinceram in domino karitatem. Quia venerabili fratri abbati Altahenſi et eius Eccleſie decimas noualium in Spitz dedimus perpetuo poſſidendas, Karitati veſtre iniungimus et mandamus, ut easdem decimas domno abbati predicto perſolui integraliter faciatis. Contradictores et rebelles quoslibet per Cenſuram Eccleſiaſticam compeſcentes. Datum Pat. Non. Aug.

Num. CI. Recognitio pro conceſſis Decimis Novalium in *Spitz*. Anno 1263.

Hermannus dei gratia Eccleſie *Altahenſis* abbas. vniuerſis has litteras inſpecturis ſalutem in domino cum orationibus

bus aſſiduis et deuotis. Profitemur tenore preſentium litterarum, quod venerabili Patri domino noſtro. O. *Patavienſi* Epiſcopo de decimis noualium in Parrochia *Spitz* quas nobis et Ecleſie noſtre dedit tenemur nos, et ſucceſſo:.:s noſtri nomine cenſus aliqua annuatim ſoluere que iuxta ualorem decimarum predictarum ſecundum noſtram conſcientiam expedire uiderimus, et hoc cum in perceptione illarum fuerimus, uel nobis conſtiterit fideliter de eisdem. In cuius rei teſtimonium preſentes litteras ſigillo fecimus proprio communiri. Datum *Pat.* Anno domini. M. CC. LXIII. Non. Aug.

Num. CII. Facultas redimendi Decimas in *Abſtorf.* Anno 1264.

Otto dei gratia Ecclesie *Patauienſis* Epiſcopus. Dilectis in chriſto. H. venerabili Abbati in *Altah.* et Conuentui eiusdem loci ſalutem et fraternam in domino Karitatem. Juſtis petentibus et maxime religioſis adeſſe tenemur auxilio et fauore, preſertim, cum hoc a nobis petitur quod ſeruitoribus dei poteſt cedere ad profectum, nec Ecclesie quam diſponente domino regimus, aliquod exinde prouenire poterit detrimentum. Cum itaque ueſtra deuotio nobis ſuggeſſerit, quod in cultura prediorum ueſtrorum in *Abſtorf* a quibusdam exactoribus decimarum, qui easdem decimas mediate uel inmediate a nobis in feodo poſſident, grauamina ſepius irrogentur, cum et nos pro poſſe decimas quaslibet de manibus teneamur eripere laicorum, uobis ut memoratas decimas usque ad ſex modios cuiuslibet grani maioris menſure ab eis redimere et in vſus Eccleſie ueſtre transferre poſſitis, per preſentia indulgemus. Datum *Patav.* XIIII. Kln. Marcii. Anno domini. Millesimo. Ducenteſimo. Sexageſimo Quarto. Pontificatus noſtri anno. XI.

Num.

Num. CIII. Donatio quorumdam Prædiorum ſub manu Salmanni. Anno 1267.

HEINRICUS dei gratia *Comes Palatinus Reni Dux Bavvarie.* Omnibus preſens ſcriptum inſpicientibus ad perpetuam rei memoriam. Cum *Willhelmus de Cirberch* miniſterialis noſter. licentiatus a *Gerdruda* vxore ſua proponeret relinquere ſeculum propter deum, et ſe diuinis ſeruiciis in perpetuum mancipare, veniens ad preſentiam noſtram et procerum noſtrorum, hereditatem ſuam quam habuit in *Cirberch* et in *Avv* et in *Sveinpach* cum manu nobilis viri *Alberti de Hals* in manum domni *Hermanni* venerab. abbatis Eccleſie *Altahenſis* pro remedio anime ſue deo et ſ. Mavricio ad *Altahenſem* Eccleſiam delegauit, per ſacramentum ſibi coram nobis ſententiatum proteſtans. quod predictus nobilis. *Al. de Hals* et non alius eorumdem prediorum delegator eſſet legitimus et *ſalmannus.* Ne autem huiusmodi factum in obliuionem tradatur aut Eccleſia *Altahenſis* per malitiam uel fraudem hominum iniquorum in poſterum iniuriam in predictis prediis patiatur, preſens inſtrumentum ſigillo noſtro et teſtium qui interſuerunt ſubſcriptione iuſſimus roborari. Teſtes. *Albertus de Hals, Albero Waller. Hiltprandus de Buchperch. Heinricus de Alnchofn. Heinricus de Moſdorf. Albertus chloſner. Rinoldus de Eia. Hugo et Hartvvicus fratres de Freindorf. Livpoldus de Haiming. Fridericus de Ramſperch. Heinricus de Pumfling,* et alii multi. Actum in *Chamb.* IIII. Id. Sept. Anno domini. M. CC. LXVII.

Num. CIV. Sententia judicialis de Feudis maſculinis. Anno 1267.

Omnibus preſens ſcriptum inſpicientibus clareat euidenter. quod domnus *Hermannus* abbas in *altah* optinuit per ſentenciam plurimorum, quod nullius mulieris feudum ad heredes ipſius deuoluitur neque ſpectat. Et quia ego *Albertus de Hals* Judex prouincialis his interfui, et coram me talis ſentencia eſt optenta, ad petitionem ipſius domni abbatis ſigillum meum duxi preſenti cedule apponendum. Actum in placito prouinciali in *Helingerſperig* proxima feria ſecunda poſt feſtum S. Johannis baptiſte. Anno domini. M. CC. LXVII. Teſtes. *Albero* dictus *Waller*. *Heinricus Allenchofer*. *Peutrchefarius* ſenior. *Berhtoldus de Stainberch*. *Rinoldus de Rin*. *Gebolfus de Metempach*. *Hugo* dictus *Hanif*. *Wernherus* et *Chunradus de Winchling*. *Marquardus de Schonbach* et alii multi.

Num. CV. Conceſſio Areæ Domus combuſtæ reſervato jure urbano. Anno 1268.

Nos *Hermannus* dei gratia abbas in *Altah*. et Conuentus eiusdem Monaſterii, tenore preſentium confitemus et notum facimus vniuerſis preſentes litteras inſpecturis. quod cum domus noſtra ſita *Patavii* intra muros ignis incendio uaſtata totaliter periiſſet et ad eam reparandam nobis Monaſterii noſtri non ſuppeterent facultates. Preterea cum non poſſet ſine noſtro diſpendio reparari magno, adeo quod longe utiliores redditus poterant comparari ſumptibus et expenſis prefate reparande domui neceſſario impendendis. dignum duximus. et

com-

communi inter nos habito conſilio vnanimiter decreuimus, proſpicientes in hoc nobis maiora commoda prouenire, utpote ſubſequenter patuit per effectum. Aream et muros domus eiusdem qui remanſerant reſeruato nobis iure Ciuili. *Sex. denariorum* quod *Purchrekt* vulgariter nominatur, dare liberaliter et dedimus ſpontanea uoluntate, viro venerabili bone conſcientie, ac diſcreto. Magiſtro *Hertvvico Patavienſi ſcolaſtico et Canonico*, ut tam libere quam penitus abſolute de eadem et de cenſu eiusdem annuo diſponeret quicquid vellet. quando eam ſuis ſumptibus reparet. Porro eadem domo reparata ipſius ſcolaſtici multis laboribus et expenſis taliter, ut *quinque libras Patavienſes* ſoluere conſueuerit. idem querens non que ſua ſunt. ſed que ihesu chriſti, et deo placere magis deſiderans quam lucris temporalibus inherere, domum eamdem cum omni iure ſuo, ſano corpore, ſed mente ſaniori tradendam duxit et tradidit poſt deceſſum ſuum libere poſſidendam Monaſterio ſancte Marie in *Raitenhaslah* ordinis Cyſtercienſis. dyoceſis Saltzpurgenſis. Sed ne uideretur immemor uel ingratus accepti beneficii a nobis et Monaſterio *Altahenſi*, firmiter diſpoſuit, et ireuocabiliter ordinauit, ut abbas qui pro tempore fuerit et conuentus de *Raitenhaslah* predictis Abbati et Conuentui de *Altah* Patavienſis dyoceſis. *duodecim. ſolidos longos*. Patauienſis monete in feſto ſancti Michahelis perſoluere debeant annuatim. de domo eadem incendio uel quauis alio impedimento uel obſtaculo non obſtante. alioquin ad penam pro detentione cuiuslibet cenſus uel iuris quod dicitur *Purchrekt* in Patauienſi ciuitate ab antiquo ſtatutam et conſuetam, nobis et Eccleſie noſtre obligabitur ipſa domus. Et hec ordinatio ſupradicta eſt a nobis et noſtro conuentu, nec non a. Ch. venerabili Abbate de *Raitenhaslah* et ſuis fratribus, cum deuotis gratiarum actio-

nibus non ſolum inuiolabiliter acceptata. Quinimmo nos et fratres noſtri cum omnibus noſtris ſucceſſoribus et ipſorum ſollempnem anniuerſarium ipſius Magiſtri *Hertwvici* poſtquam deceſſerit, cum celebratione miſſe ac pulſationibus campanarum ſemper tenebimur celebrare. In cuius rei teſtimonium ſigillo noſtro et Conuentus noſtri, nec non venerabilis predicti *Chvnradi abbatis de Raitenhaslah*, et ipſius Magiſtri *Hertwvici* preſentes littere ſunt munite ac ſub forma preſcripta vtrique Monaſterio aſſignate. Datum. V. Idus Marcii. Anno domini. Milleſimo. ducenteſimo. Sexageſimo Octauo.

Num. CVI. Commutatio Prædii in Mos authoritate Ducis confirmatur. Anno 1270.

Nos *Heinricus* Dei gratia, *Comes Palatinus Rehi, Dux Bavvarie*, per preſens ſcriptum notum fieri cupimus vniuerſis, quod *Heinricus* dictus *Geſtlinus*, et vxor ſua *Chunegundis*, venerunt ad monaſterium *Altahenſe*, et delegauerunt ad altare ſ. Mauritii, ſicut ipſe *Heinricus Geſtlinus*, vna cum filio ſuo *Alrammo*, prius fecerant, totum predium, quod habuerunt, *in Mos*, cum lapide et omnibus pertinentiis eiusdem predii, pro ſalute animarum ſuarum, et parentum ſuorum, ad quos quandoque ipſa proprietas pertinebat. Poſtea vero iidem ad noſtram preſentiam venientes, coram nobis, donationem predictam, in manus ven. *Hermanni* Abbatis, nominate Eccleſie delegarunt. Recipientes ab ipſo Abbate, nomine Eccleſie ſupradicte, titulo commutacionis ſiue recompenſationis, quandam Curiam in *Puierbach*, ſoluentem *unam libram denariorum et dimidiam*, *Ratiſponenſis monete*, et inſuper. *XVII. libras promptorum denariorum*, dictus Abbas

tunc

tunc dedit hominibus memoratis. Ne autem in poſterum ex hac delegatione, ſiue contractu, obliuio uel contentio ualeat ſuboriri, nos ad peticionem parcium, preſens inſtrumentum, Sigilli noſtri munimine, ac teſtium qui interfuerunt, ſubſcriptione, duximus roborandum. qui ſunt videlicet, Ven. Domnus *Poppo Abbas Superioris Altah*, *Wernhardus Comes de Lonſperch*, *Albertus de Hals*, *Heinricus de Alnchoſn*. *Alrammus de Rotavv*. *Albero dictus Waller*. *Heinricus de Mosdorf*. *Wolfkerus de Warte*. *Pero de Anzenkirchen*. et alii quam plures. Datum in *Landavv*. per manum *Chunradi* notarii noſtri. XV. Kaln. Septembr. Anno Dni. M. CC. Septuageſimo.

In ipſa hora et in eodem loco, ſepenominatus *Heinricus Geſtlinus* et *Alrammus filius ſuus* promiſerunt, quod quandocunque *Heinricus* paruulus filius ipſius *Heinrici Geſtlini*, ad etatem legitimam perueniret, ipſi hoc efficerent, quod ipſe etiam renunciaret, omni iuri quod haberet in prediis ſupradictis.

Item promiſerunt tunc et ibidem, quod ipſi etiam noſtri Auctores eſſent, quod dicitur *Gevver*, eorundem prediorum, per annum et diem. Teſtes Domnus *Heinricus Dux*, et Nobiles ſupradicti.

Iſti ſunt parentes *Heinrici Geſtlini* et vxoris ſue *Chunegundis*, quorum memoriam in noſtris oracionibus habere tenemur. *Ebo de Mös*, et vxor ſua *Sophya*. et ipſorum pueri. *Albertus*. *Wernhardus*. *Altmannus*. *Luikart de Eiſſenpuch*. *Otylia de Retenpach*. *Perhta de Sigenhain*. Item pueri predictorum *Geſtlini* et *Chunegundis*. *Henricus*. *Alrammus*. *Henricus*. *Hervvurch Abbatiſſa de Chimſſe*. *Chunegundis* vxor *Peronis de*

Enzenchirchen. Reichker. Perhta de Attenpuch. Mechthilt de Luivvolſigu. Otylia de Hutte. Elyſabet. Gerdrudis. Rachvvein Geſtel.

Num. CVII. Controverſia circa Jus piſcandi in Danubio per Viam compromiſſi terminatur per Vicedominum. An. 1271.

Ego *Otto de Strubing Vicedomnus illuſtris domni mei Heinrici Ducis Bavvarie* per preſe.ıs ſcriptum notum fieri cupio vniuerſis, quod Altercatio que fuit inter piſcatores de *Tekkendorf.* ex una parte et piſcatores *Altthenſis* Eccleſie ex altera coram me et per meum arbitrium ex vtraque parte in me compromiſſum, taliter eſt ſopita, quod piſcatores de *Tekkendorf* qui ſeruiunt domno meo Duci contenti erunt de cetero tali iure, quod piſcaturam illam ſupra *Obernvverd* que vulgariter dicitur *Wurf*, habebant per unam ſeptimanam, et piſcatores Eccleſie *Altahenſis* habebunt cum quiete aliam ſeptimanam. Inferiores autem piſcaturas, que ſimiliter appellantur *tractus ſagene et Wurf* habebunt ſolummodo piſcatores Eccleſie memorate, niſi hoc contingat, quod piſcatores de *Tekkendorf* Eccleſie piſcatores non inueniant in locis predictis, tum licebit piſcatoribus de *Tekkendorf* ibidem piſcari, ſed ſtatim ſuperuenientibus piſcatoribus Eccleſie illi cedent. Item piſcatoribus Eccleſie non licebit habere retia que dicuntur *Schrotnetz*, non artem illam que vulgariter dicitur *treiben* exercere. Item piſcatores de *Tekkendorf* non frangent glacies et *haken* in prediis Eccleſie pro piſcibus capiendis. Et ut hoc pactum inter vtrosque piſcatores de cetero firmiter obſeruetur, in carta iſta teſtes qui interfuerunt iuſſi ſcribi ſigillum meum pro rei memoria appo-

po-

ponendo. Actum in *Tekkendorf* in domo Rauſcharii. In feſto Incarnationis ſancte Chrucis in preſentia Domni *Hermanni* Abbatis altahenſis et *Heinrici* prepoſiti ſui, Anno Dni. M. CC. ſeptuageſimo primo. Teſtes ſunt. Piſcatores de *Tekkendorf* videlicet. *Pichtoldus* dictus *Stadel*, et filii ſui. *Chunradus* dictus *Svvaiger* et filii ſui. *Otto* villicus. *Luipoldus an dem puchel. Altmannus* frater ſuus. *Otto* dictus *Greiſſinch*. et frater ſuus *Chunradus*. *Heinricus* dictus *Viktaher*, *Rudgerus et conſobrinus* ſuus *Heinricus*. Item *Chunradus Judex de Stauferdorf*, *Fridricus de Labanſtied*. Item ciues de *Tekkendorf*. videlicet *Chunradus Rauſcher*. *Otto de Cholen*. *Chunradus Granator de Naternberg*. *Heinricus* ſartor. *Siboto de Perlechſperig*. *Hermannus Thelonearius* et alii multi.

Num. CVIII. Advocatia gratuito promittitur. An. 1272.

Nos *Heinricus* Dei gratia *Palatinus Comes Rheni Dux Bavvarie*, Notum facimus omnibus preſentes litteras inſpecturis, quod cum *Hermannus* ven. abbas Eccleſie ſ. Mauricii in *Altah*, vexationem quam paciebantur homines ſui in *Wizzenregen* et in *Hasenperge* ab aduocatis ſuis ſua pecunia redemiſſet, ipſi aduocati, videlicet *Chunradus* et *Runboto fratres de Svvarzenburch* eiusdem predii aduocatiam, quam a nobis in feodo habuerant et quam *Heinricus* dictus *Chelbelinus* in feodo ab ipſis tenuerat, uel in preſentia noſtra eis reſignauerat, in manus noſtras reſignauerunt, omnique iuri renuntiantes, quod ipſis a progenitoribus ſuis in predictis prediis conpetere videbatur. Nos vero conſiderantes, labores et expenſas, predicti abbatis et fratrum ſuorum, quas fecerunt, in redemptione

pre-

predii memorati, gratiam talem fecimus eccleſie antedicte, vt nos et Heredes noſtri ſepefatum predium, ſine omni jure aduocaticio defendemus, ſolam diuine renumerationis mercedem ab ipſo Domino preſtolantes. In cuius rei teſtimonium prenominate Eccleſie preſentes litteras porrigimus Sigilli noſtri muniminе roboratas. Actum in *Abach*. Nonn. Auguſti. Anno Dni. M. CC. LXXII.

Poſt hec cum Domnus Chunradus de Svarzenburch easdem villas ſpoliaſſet, aufferens hominibus illis plus quam centum pecora et nos de Raptoribus illis iuſticiam expeteremus, ipſe tandem receptis a nobis ſuper hec. VI. talentis ipſam advocatiam, Domno Duci reſignauit. Sed et rurſum cum Reinbotone fratre ſuo pepigimus pro. XX. talentis, quod ipſe Domno Duci ſimiliter reſignauit. Qui Dux demum tale nobis tradidit inſtrumentum. *Nos Heinricus.* ut ſupra.

Num. CIX. Immunitas Theloneorum per Auſtriam. An. 1274.

Nos *Otokarus* Dei gratia *Bohemorum Rex. Dux Auſtrie Stirie et Karinthie. Marchio moravienſis. Dominus Carniole. Marchio egre. ac portus naonis* notum facimus preſencia inſpecturis quod nos allecti dulcedine beati *Guntheri* fundatoris Celle ſev cenobii in *Rymchna*, ſimulque deuocione ac paupertate fratrum ſub regula ſancti Benedicti inibi diuine clemencie famulancium dicte Celle ſeu cenobio de Majeſtatis gratia conceſſimus ſpeciali. vt in omnibus Mutis ſeu theloneis, ex quibus quedam propriis uocabulis exprimimus. in *Staip. Ips. Emersdorf, Maurkuſen. Lintz.* ac aliis quocumque nomine cenſeantur,

cum

cum uictualibus ſuis per terras et aquas absque exactione qualibet libere tranſire ualeat ſine Muta. quemadmodum eccleſie *Altahenſi* cui dicta Cella in ſpiritualibus et temporalibus ſubiacet, iam dudum nos et anteceſſores noſtri noſcimur indulſiſſe. Nemini igitur fideli officiali Judici ſiue Mutario, noſtre excellencie ſubiectis contra hanc noſtram conceſſionem aliquit a victualibus predicte Celle extorquendo infringere liceat, vel ei per aliquam ſiniſtram interpretacionem, cum noſtre gratie interpretacio ad nos pertineat, auſu temerario contraire, Et ſiquis contra ea que piis locis ob ſalutem noſtram pie concedimus, venire extorquendo uel male interpretando preſumpſerit, ſe indignacionem noſtram nouerit incurſurum. et ablata vt reſtituat extra penam que nobis ex temeritate et noſtri priuilegii violacione tenebitur modis omnibus eſſe uolumus obligatum, vt de peccato commiſſo quod contra noſtram uoluntatem euenit, taceamus. Vt igitur in premiſſa plena et libera libertate nulla calumpnie materia ualeat ſuboriri, ob proſperitatem et ſalutem noſtram indultam dicte Celle ſev Cenobio preſens porrigimus inſtrumentum. Datum apud *Pixkam* exiſtente ibidem nobis cum Kariſſimo conſanguineo noſtro. domno. H. illuſtri *palatino Comite Reni Duce Bavvarie.* Anno domini Milleſimo. CC. LXX. Quarto: III. Id. Octobr.

Num. CX. Rudolfi Imperatoris primæ Preces pro Beneficio eccleſiaſtico. Anno 1274.

Rudolfus dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. *Dilecto principi ſuo Abbati in Nideraltach* gratiam ſuam et omne bonum. Cum in noſtre ſublimacionis exordio quodlibet Monaſterium ſub noſtro Romano imperio conſtitutum

Ii ſuper

ſuper prouiſione vnius perſone primicias precum noſtrarum ex antiqua et approbata conſuetudine admittere teneatur, primarias tibi offerimus preces noſtras, deuocionem tuam attencius exhortantes, ac regia tibi auctoritate mandantes, quatenus *Sifrido de March*, clerico, nobis de bona conuerſacione, et ſufficienti ſciencia commendato, de beneficio Eccleſiaſtico, ad collacionem tuam ſpectante, ſi quod uacat ad preſens, uel quam primum ad id obtulerit ſe facultas, cures liberaliter prouidere, ob noſtram et ſacri Imperii reuerentiam ſpecialem, ita quod te et tuum Monaſterium ſpeciali proſequamur gratia et fauore, condignisque teneamur honoribus ampliare. Datum *Hagnavgie* Anno domini. M. CC. LXXIIII. Indictione Secunda. III. Kalendas Marcii. Regni noſtri anno primo.

Num. CXI. Recognitio Juris inſtituendi et deſtituendi. Anno 1275.

Nos *Ludvvicus* dei gratia *Comes palatinus Rheni*, *Dux Bavvarie* Notum facimus vniuerſis preſentem litteram inſpecturis. quod Eccleſie *Altahenſis* inſtitutionem et deſtitutionem in Curia quam aput *Ingolſſtat* habere dinoſcitur, liberam quo ad iura et ſeruicia Eccleſie recognoſcimus et eidem ſaluo iure aduocacie noſtre, vt pretactum eſt, iura eadem preſentibus confirmamus. In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum noſtri ſigilli robore fecimus communiri. Datum *Ingolſſtat*. Anno domini. M. CC. LXXV. pridie Kalendas Junii.

Num. CXII. Venditio Juris advocatitii et Proventuum inde percipiendorum. Anno 1275.

Ego *Vlricus de Ekkenmül* per preſentia profiteor et proteſtor, quod recepta quadam ſumma pecunie a domno *Albino*

biuo Venerabili abbate *Altahenſi inferiori*, de approbatione et conſenſu domini mei. *Heinrici* Illuſtris *Ducis Bavvarie* vendidi dicte Eccleſie Aduocatiam et omnem obuentionem michi de iure uel exactione uel conſuetudine prouenientem ex *Curia* in *Siſchoven* et hominum, nec non dotium Eccleſie in *Mündraching*, renuntians de voluntate predicti Domini mei Ducis, a quo premiſſa titulo feudali poſſedi, facta venditione in Eccleſiam Altahenſem, omnibus michi ratione aduocatie in *Siſchoven* et *Mündreching* conpetentibus, libere et in totum, Et ut mea venditio et Domini mei approbatio et voluntas, rata permaneant, predictam litteram non ſolum ſigillo meo, immo etiam Domini mei Ducis, placuit ſigillari. Teſtes huius rei ſunt *Ortlibus de Wald. Weimarus* dictus *frumeſel. Reitherus de Ahaim. Alhardus de frawvenhoven. Chunradus de Preiſing. Volchmarus tunc cellerarius* et alii quam plures. Datum in *Strubing*. Anno domini. M. CC. LXX. quinto. III. Idus Auguſti.

Num. CXIII. Ratihabitio epiſcopalis reſpiciens priorem emtionem Juris advocatitii ſupra Mindraching. Anno 1275.

Leo miſeracione diuina *Ratiſponenſis Epiſcopus* Omnibus preſentia inſpecturis ſalutem in domino. Pie piis eſt occurrendum actibus, ubi per rem mobilem ſtabilitur pax Eccleſie ac libertas eccleſiaſtica conſeruatur. Quoniam igitur dilectus in chriſto frater *Albinus* venerabilis abbas et conuentus *Inferioris Althe* ad quos ius patronatus Eccleſie in *Mundreiching* ſpectare dinoſcitur aduocatiam eiusdem Eccleſie de manu *Vlrici dapiferi de Ekkenmul* et ſuorum heredum redemerunt pro

certa pecunie quantitate, nec honorabilis vir *Vlricus de Dornkerch* Decanus Ratisponenſis, rector ibidem, propter expenſas concilii *Lugdunenſis*, et preſtationem multiplicem decimarum, eandem pecuniam ſoluere in totum poterat uel in partem. Ideo nos Capituli noſtri accedente conſenſu benigne duximus concedendum, ut in proxima ſui vacacione Eccleſia ſepedicta In *Mündreiching*, Monaſterio *Altahenſi in quindecim libris Ratisponenſis monete* maneat obligata, ita vt cum onere talis debiti ad eum tranſeat qui tunc in ea fuerit inſtitutus, et medio tempore omni iure honore vtilitate quam advocatus de iure conſveto habebat, ibidem gaudebit, et fruetur Eccleſia Altahenſis. In cuius rei teſtimonium preſentem litteram ſigilli noſtri munimine duximus roborandam. Datum *Ratispone*. Anno domini. M. CC. LXXV. Sexto Idus Junii.

Num. CXIV. Advocatia gratuito promittitur. Anno 1277.

Nos *Heinricus* dei gratia *Comes Palatinus Rheni, Dux Bavvarie*, notum facimus omnibus preſentes litteras inſpecturis, quod cum *Albinus* venerabilis Abbas Eccleſie ſancti Mauricii in *Altah*, vexationem quam patiebatur, in Curia *Siſchoven* et Eccleſia in *Mündreiching*, ac dotibus ſuis, et quibusdam hominibus, quos ſibi *Vlricus Dapifer de Ekkenmül* fidelis noſter, ſicut et Curiam et alia ſupraſcripta, ſiue de iure ſiue de facto iure aduocaticio vſurpabat, pro quadam ſumma pecunie redemiſſet, ita, ut dictus *dapifer*, pro ſe, et poſteritate ſua, renunciaſſet coram nobis iuri debito uel indebito premiſſorum, nec de cetero aſcriberet ſe habere aliquod ius aduocaticium in eccleſia memorata. Nos conſiderantes labores

et

et expenſas predicti Abbatis et fratrum ſuorum, quas fecerunt in redemptione predii memorati, gratiam talem fecimus Eccleſie antedicte, vt nos et heredes noſtri ſe prefatum precium ſine omni iure aduocaticio defendamus, ſolam diuine remunerationis mercedem, ab ipſo domino preſtolantes. In cuius rei teſtimonium, prenominate Eccleſie preſentes litteras porrigimus, ſigilli noſtri munimine roboratas. Actum et datum in *Altah*. Anno domini Milleſimo. Ducenteſimo. Septuageſimo ſeptimo. VIII. Idus Martii.

Num. CXV. Venditio Proventuum Juris advocatitii ad Biennium. Anno 1277.

Heinricus dei gratia *comes palatinus reni dux bavvarie* per preſentia profitemur, quod nos omnia predia et homines eccleſie *altachenſis* in quibuscumque iudiciis conſtituta a proximo feſto ſancti Martini vsque ad annum integrum pro *centum libris Ratisponenſibus*. Et ab eodem feſto ſancti Martini futuro. ſcilicet iterum per annum integrum pro totidem libris plenarie tradidimus libertati. ita ut quitquit nobis ratione aduocatie per futurum continuum biennium videlicet quod in futuro anno, quia de preſenti anno pagati ſumus, incipit, de predicta abbacia hominibus vel poſſeſſionibus cedere deberet, totum recipiat, domnus abbas eccleſie memorate. Et in ſpatio dictorum annorum dicta eccleſie in nullo per nos vel noſtros grauabitur. et ſi per inpignoracionem vel hominum captiuitatem in aliquo grauabitur, illud ſine dampno eccleſie procurabimus retractari. ſed tamen ſi aliqua nobis tam grauis et inopinata incumbet neceſſitas, de voluntate domni abbatis aliquod ſubſidium petere poterimus moderatum. Predictas etiam ducentas libras Vlrico Setzario

cini Ratiſponenſi iuſſimus aſſignari. Datum Landavv. anno domini. Milleſimo. CC. LXXVII. In die ſancte Barbare virginis In aduentu domini.

Num. CXVI. Inveſtitura Regalium confertur Abbati per Epiſcopum Bambergenſem nomine Imperii. Anno 1279. vel 80.

Perchtoldus dei gratia *Babenbergenſis* Eccleſie Epiſcopus, dilecto in chriſto fratri domno *Volchmaro* venerabili abbati in *altah inferiori*, ſinceram in domino Karitatem. Cum a nobis petitur quod diſcrecionis et equitatis conueniencie conſonum cenſetur, noſtra intereſt peticiones huiusmodi deuote porrectas fauorabiliter exaudire. Cum igitur vt audiuimus accedente communi conſenſu fratrum, *altahenſis* Eccleſie ad quos electio pertinet, ſit is electus rite et canonice dicte eccleſie in abbatem, et cum exigentibus veſtris laudabilibus meritis, adeptus exiſtatis toto iuris ordine obſeruato, eiusdem apicem dignitatis. Ecce ad veſtrarum precum inſtanciam et racionabilem requiſitionem volentes veſtram perſonam in hac parte ſpecialiter honorare, et veſtre Eccleſie, *quam tamquam ſororem noſtre eccleſie amplectimur*, in laboribus et expenſis parcere et defferre. *amminiſtracionem regalis iuris, quod ad nos ex imperiali donacione pertinere dinoſcitur, vobis cum omni ſui plenitudine per preſentes litteras duximus concedendam.* Ita tamen, vt iuramentum nobis debitum, cum requiſiti fueritis, nobis ea fidelitate, qua conuenit faciatis, et honorem ac alia iura Curie noſtre cum tanta decencia et integritate perſoluatis, ſicut ſolitum eſt ex conſuetudine antiqua et approbata,

ac

ac uſque modo pacifice obſeruata. Datum aput *Babenberck* in die beati Boniſacii martiris.

Num. CXVII. Homagium ab Abbate præſtitum. Eod. An.

Dilectiſſimo Domino ſuo. P. babenbergenſis ecclesie venerabili Epiſcopo, *Volchmarus* Dei gratia abbas in *altah*, cum oracionibus et reuerencia debitum in omnibus obſequium et fidele. Quod nobis ſub ſigillo veſtro per veſtre excellentie literas, iura Eccleſie noſtre prout ad vos ſpectare dinoſcitur, tam beniuole trausmiſiſtis. parcentes in hoc noſtris laboribus et expenſis ad magnas dominacioni veſtre graciarum aſſurgimus actiones, ſpondentes dignitati veſtre per noſtras literas è conuerſo, quod omnia predia inventa in uſibus eccleſie diligenter conſervabimus, et alienata ſi qua eſſent ſtudebimus eadem diligencia, prout poſſumus reuocare. *Viginti* etiam *libras* latori preſentium aſſignamus de conſilio *Tirolfi* officialis noſtri de *oſterhofen*. quas ob dilectionem veſtre gratie apud Judeos concepimus ad uſuram.

Num. CXVIII. Ceſſio Proventuum Juris advocatitii. An. 1281.

Nos *heinricus* Dei gratia *Comes Palatinus Rheni. Dux Bawarie.* tenore preſencium profitemur, quod cum nos pro omni Jure advocatali hominum et prediorum Eccleſie *Altahenſis* conſueuerimus ſingulis annis recipere. *Centum libras*. et hiis receptis. quolibet anno ſine exaccione ampliori. tenemur dictam Eccleſiam in prediis et hominibus defenſare. Ipſam etiam a quibuslibet inpignoracionibus indempnem nichilominos conſeruando. Eccleſie a feſto beati Martini proxime nunc ven-

ture

turo per annum in *Ottonem vicedomnum* noſtrum et pueros ſuos aſſignacionem et tradicionem dicti Juris aduocaticii recognoſcimus nos feciſſe. Poſt hec vrgente neceſſitate. dictam receptionem *Centum librarum* pro *quadrigentis libris* et accreſcenciis earumdem. videlicet *decem libris*. ſoluendis de centum. quamdiu ſumme ſolucio durauerit. dilectis nobis *Alberto vicedomno* noſtro et fratribus ſuis *Karolo* et *Levtvvino*. nec non creditori noſtro *Heinrico Staubingerio* Ciui Ratiſponenſi duximus aſſignandam. ita quod obuenciones aduocatales ſupratactas. prefati noſtri ſeruitores recipiant continuo et integraliter. dum quod in totum quitati fuerint, et pagati. Sane ſi ex grandine. guerra. vel aliis cauſis Eccleſia ad inopiam uenire ceperit. nos ſecundum qualitatem defectus eccleſie. et in prenominato iure. gratiam faciemus. nec ad aliquod obſtagium pro *eisdem denariis* ſe predicta Eccleſia obligabit. ſi in ſolucione forſan tardauerit; ſed noſtris datis ſuper hac cauſa fideiuſſoribus inſtrumentis. ſtabitur in hac parte, Quare utpote. qui pro decurſu ſolucionis prefate. ius aduocatale. tam pro hominibus quam prediis ipſius eccleſie recepimus. ipſam medio tempore ſine poſtulatione. ſeu exaccione quarumlibet ſteurarum. ſev preſtacionum tenebimur defendere et tueri. ac ab inpignoracionibus ac captiuitatibus. homines et ſeruitutes eiusdem eccleſie. indempnes omnimodis conſeruare. in cuius rei teſtimonium. Sibi tradimus preſens ſcriptum noſtri ſigilli robore communitum. Datum in *landavv*. Ano Domini. Milleſimo. CC, LXXX primo. Idus febr.

Num.

Num. CXVIIII. Memorabile Privilegium Immunitatis a Thelonio quoad evectionem Salis. An. 1285.

Nos *Heinricus* Dei gratia *comes palatinus Reni Dux Bavvarie*, omnibus in perpetuum. Cum in principatus apice per diuinam prouidentiam conſtituti, recognoſcamus et recognoſcere debeamus, ut qui diuitiis et honoribus alios precellimus, in largitione donorum ac defenſionibus, et maxime circa religioſas perſonas, ut qui temporalibus inſiſtimus, releuemur contemplatorum precibus, nos teneri et precipue ſubiectis noſtris preeſſe pariter et prodeſſe. Si igitur ſummus magis obnoxii ad preſtanda beneficia Deo famulantibus ſub religionis malicia, preſtanciores et prompciores erimus illis ex debito, *quos rigor durior*, *et hoſpitalitas gratior pre ceteris recommendat.* Hinc eſt quod ad promocionem et defenſionem *Eccleſie altahenſis*, que *quoad monaſtice vite obſeruantiam et hoſpitalitatis merita maioribus iuuatur* meritis non immerito allicimur, quod eam propter pie conuerſacionis ſtudia ſpecialius proſequamur, *invitante nichilominus non ad illiud temporali ſubſidio quo nobis complacet et ſemper ſtuduit complacere, ut ſic multiplicibus cauſis concurrentibus pro deuocione et recompenſa ipſam Eccleſiam pre omnibus aliis teneamur fouere ac diligere, dotare pariter et ditare, quatenus ſic tempore noſtro ac heredum noſtrorum floreat ſolempnius, que ſollempniter floruit ex antiquo.* Sane penſantes omnia premiſſa, et ſingula premiſſorum prefato Monaſterio beati Mauricii in *altah* ſemel in anno, ſev ſingulis annis ſemel in omnibus Mutis noſtris in *purchauſen. Scharding*, et aliis quas in preſentiarum habemus, ſev nos uel heredes noſtri in futurum habebimus, quandocunque placuerit *tria talenta Salis maioris ligaminis*, ſicut reponi in nauibus

conſueuerunt, traducendi ſine noſtra exactione Thelonei, ſev *Mute gwidagii*. ſeu *paſſagii vectigalis*, ſev tributi, poſtulacione iuris, amoris, uel conſuetudinis, denariorum, vel enxeniorum liberum et perpetuum tranſitum concedimus et donamus, Volentes per nos et heredes noſtros ac officiatos talis libertatis inuaſores tamquam inimicos noſtre ſalutis quam reſpeximus in hac parte, acrius et penalius condempnari, ut pena vnius multos exterreat, et gratia ſic grate et *quodammodo ex debito conceſſa* ipſi Eccleſie inconuulſa et libera cum omni tranquillitate integra perſeueret. Retardatores autem pro duplo dampni ſui vbicumque placuerit procuratori dicte Eccleſie poterunt conueniri. Ne igitur preſentis libertatis ſic fauorabilis, debita, ac uoluntaria donacio per nos, uel poſteros noſtros in Mutis jam habitis, uel habendis per decurſum *Salzah*, *Eni*, ſev *Danubii* ullam diminucionem aut calumpnian ex nunc uel in poſterum patiatur. preſens inſtrumentum Dei peticione et ratihabitione Heredum noſtrorum dicto Monaſterio tradimus noſtri Sigilli munimine roboratum. Dat. apnt *Landawe*. Anno Dni Milleſimo ducentiſſimo LXXX quinto in die beati Georii martyris.

* Sigillum aliqualiter leſum.

Num. CXX. Nova aſſignatio eiusdem Juris. An. 1287.

Nos *heinricus* Dei gratia *Palatinus Comes Rheni Dux Bawarie* preſentibus profitemur, quod cum nos pro omni iure aduocatali hominum et prediorum eccleſie *altahenſis* conſueuerimus recipere annis ſingulis *Centum libras denariorum Ratisſponenſium*. et hiis receptis quolibet anno ſine ampliori exaccione

tenea-

teneamur dictam eccleſiam in prediis et hominibus deſenſare, ipſam etiam a quibuslibet inpignorationibus indempnem nihilominus conſeruando. Ecclesie fideli uiro *Ekberto* quondam *Ruperti de Haidavve filio* ac pueris eiuſdem aſſignacionem et traditionem dicti iuris aduocaticii recognoſcimus nos feciſse. ita quod anno domini. M.CC.LXXX.VIII. in feſto beati Martini tunc incipiente predicti monaſterii abbas et Conventus *quadrigentas libras Ratiſponenſes* per quatuor annos tunc currentes continue noſtro nomine ſoluere tenebuntur. pro qua pecunie quantitate *Caſtrum* noſtrum in *Gebolchouen* cum omnibus ſuis attinenciis recuperauimus ab eodem. Sane ſi ex grandine, gvvera, vel ex cauſis aliis ecclesia *altahenſis* ad inopiam venire ceperit, nos ſecundum qualitatem defectus eidem eccleſie in prenominato Jure hoc eſt in quadrigentis libris perſoluendis prout ſuperius eſt expreſſum, gratiam faciemus. Nec ad aliquod obſtagium pro eadem pecunia ſe prefata ecclesia obligauit. ſi forſitan in ſolucione tardauerit, ſed datis ſuper hac cauſa fideiuſſoribus. inſtrumentis noſtris ſtabitur in hac parte. Et quia in decurſu ſolucionis prefate, que nobis taliter exhibetur, aduocatale ius tam pro hominibus, quam pro prediis ipſius eccleſie recipimus, per quadriennium ſupradictum ipſam *altachenſem* eccleſiam medio tempore ſine preſtolacione ſeu exaccione quarumlibet ſtevrarum et preſtacionum tenebimur defendere et tueri et ab inpignoracionibus et captiuitatibus homines et ſeruitores eiuſdem indempnes omnimodis conſeruare. In cuius rei teſtimonium preſens inſtrumentum eisdem tradidimus ſigilli noſtri roborare communitum. Datum in *Lantshut*. Anno Domini Milleſimo. ducenteſimo. LXXXVII. proxima ſexta feriia ante viti.

Num. CXXI. Confirmatio quorumdam Privilegiorum. Anno 1290.

Wir *albert.* von gots gnaden *hertzog in Oſterreich.* vnd *ze ſteyr vnd ze chrain. vnd auf der - march. vnd auch ze Portnavvn.* tün ze vvizzen evvichlichen allen den. di diſen brief anſichtikh werdent. daz der ervvœrig her apt .. von Nidernaltach vnd der Convent des ſelben chloſters vnd paten mit fleizz, vnd mit andaht. daz wir in benevvn. vnd weſtœtigen ſcholten. von vnſern beſvndern gnaden ein hantveſt. di ſi vns vür prachten diu in aller der weis ſtvnd als ſi hinnach geſchriben iſt.

„ Wir *Rüdolff* von goths gnaden *Römiſcher Chvnich* ze „ allen Zeiten merer des Reichs, entpieten allen des heiligen „ Römiſches Reichs getrewn di diſen brief anſehent, vnſer „ gnad vnd alles gvt. Chünichlich werdikhatt als oft gehöht, „ vnd von got ſelber, von dem aller gevvalt hergeet, deſter „ ſelichlicher geſtellt vnd aufgeriht wiert, als oft chünchlich „ genad Gotshäuſer. diu got gegeben vnd beſundert ſint, „ gnädichlicheu verdencht, vnd ſich darzv naigt vnd brauht, „ daz ſi gevüdernt werden, daz in ir Freiung iht überuarn „ vverd. daz in ir güt gemert werd. vnd da von ſchüllen „ vvizzen alle die ietzunt lebent, vnd di fürbaz chvmftikh ſint, „ daz zv vns chomen der erberig her apt ... von Nidernaltah „ vnd ſein Conuent, vnd prachten vür vns ein hantveſt, dui „ in gegeben was von dem edeln vnd hohgoporen vürſten „ hertzog Leupolden in öſterreich, vnd ze ſteyr, vnd vns an- „ lagen vnd mit andaht paten, daz wir in di ſelben hantveſt

„ bene-

„ beneревvn. vnd beſtetigen geruehen. vnd denſelb hantfeſt
„ ſtuend alſo.

„ Wir *Leupolt* von gots genaden hertzog in öſterreich
„ vnd ze Steyr enpieten allen den di diſen brief anſihtikh
„ werdent. vnſern grus. Wir tün ze wizzen allen den die
„ ietzv lebent, vnd di fürbas chvmſtikh ſint, daz es wol dar
„ zü chom, daz der erberig her apt *Popp* von Nidernaltah
„ hern *otten von Winchel* vnſern *dienſtherren* vmb manigerlai
„ gewalt vnd vnvüg di er im tet an ſinem vrbar ze *abſtorf*.
„ vnd ze *chirchaim* von den eriach. vnd ſich annam er wœr
„ vogt dar vber vor vns bechlait, vnd anſprach mit dem reh-
„ ten. vnd daz der ſelb chrieg. vnd deu ſelb anſprach. alſo
„ mit ietweders tails güten willen verriht, vnd vertaidingt
„ ward. daz der vorgenant her *ott von Winchel* chainer
„ ſlaht reht auf dem hof pei *abſtorf* auf dem berig. vürbaz
„ haben, oder nemen ſcholt. weder vür aderlozz. weder vür
„ ander ſache ſwi di genant ſein. als er vor in ein gewon-
„ hait het praht. vnd vür aller diu reht, der er iahet, daz
„ er ſi haben ſcholt; ſcholt er inn haben, der lehen einz ze
„ *chirhaim*. diu den apt angehörent. mit allem dem daz dar zü
„ gehört. gar vnd geutzlich. Er ſcholt auch de hain (chain)
„ ſtevver ab den vrborn derſelben dörfer vürbaz niht nemen.
„ vnd ſcholt die leüt mit wegen noch mit chainer vüer niht
„ müen. Er ſcholt auch ſich nicht vnderwinden chains rehts
„ von mülen, von werden, oder von dem, daz in der deutſch
„ '*Stadrecht* haizzet, wan denſelben reht ſchüllen allev ſampt
„ dem apt. vnd dem Gotshauſe dienen. vnd ſein ſchaffer. ſchol
„ auch den vorgenanten vrbarn dehain geſezze. noch de hain
„ haimweſen niht haben. Swaz auch von Wandeln. vmb

 tod-

„ *todsleg. notnuſt.* vnd *deuf* geuellz. daz ſcholl man gelich
„ enzvvaitallien. vnd ſcholl ein tail dem apt vnd ſeinem
„ Gotshaus gevallen. daz ander tail ſchol dem vorgenanten
„ *Otten von Winchel* werden. vnd ſchol er ſich dehains
„ (chains) andern gerihts niht vndervvinden, vveder vmb
„ vliezzent wunden. noch vmb chainer slacht ander ſache.
„ vvan devſelben geriht allev ſamp den apt vnd den ſchaffer
„ angehörent. daz auch er dez aptes vnd ſeines Gotshauſes
„ levt vnd güt deſter fleizzlicher vnd erdlicher in ſeinem
„ ſcherm vnd trevvn hab vnd alle ander vordrug vermeide
„ ſchol man in alle iar dreiſtvnd in dem iar geben *zvvelf ſchil-*
„ *ling vvienner pfenning*, ie ze dem mal ein halbes pfunt.
„ vnd darzv *zehen ſchilling derſelben laipfenning,* für alle
„ naht ſeld. Ez vvard auch alſo getaidingt. vnd *ausgelait,*
„ ſwenn er des iht übervür daz vorgeſchriben iſt. er ſelbe oder
„ ſein ſchaffer, oper daz er ſo vngevvaltik vvurd. daz er daz
„ vorgenant Gotshaus niht beſchermen, vnd an ſeinen rehten
„ behalten meht, ſo ſcholt der apt, vnd ſein Conuent des
„ volligen vnd gentzen gevvalt haben. daz ſi in vercherten.
„ vnd di vogtai einem anderm liezzen, der in darzü geviel.
„ daz iſt geſchehen, vnd ward alſo getaigent. in der ſtat
„ ze *chrems*. vnd dez ſint zevge *Vlrich von valchenberch. her*
„ *Haimrich von Chünring. Vlrich der Marſchalh. Hirman von*
„ *Chranihſperch. Rüger von Anſchavv. Wolfker von Gors.*
„ *Albert von Svvartzenavv. Leupolt der Schenkh. Pot von drozz.*
„ vnd iſt geſchen de von chriſtes gepurd warn zwelf hun-
„ dert, vnd vunf vnd tzvvaintzk Jar. in dem monn der haiz-
„ zet der Mertz. in der ſtat ze *chremms*.

„ Vnd

„ Vnd vvan vns der apt vnd der Conuent des obengenan-
„ ten chloſter fleizzichlichen. vnd diemütlichlichen paten. daz
„ vvir in di ſelben hantfeſt benevvn vnd beſtatigen geruhten.
„ haben vvir vns darzv genaigt. vnd vnſern vvillen. vnd vn-
„ ſer gvnſt darzü gegeben. daz wir in nach ir gepet getan
„ haben. vnd in diſelbent hantfeſt, als ſi vor gentzlichen.
„ vnd richtichlichen geſchriben iſt. vnd als ſiven erſt gege-
„ ben iſt. mit allen ir artikeln benevvt (benevvert) vnd be-
„ ſtetigt haben, vnd haben in darüber gegeben diſen gegen-
„ vvurtigen prief. vnd haben daz getan von vnſern chünch-
„ lichen genaden. von den wir vns vür genumen vnd vür geſet-
„ zet haben. daz wir alle gaiſtlich lewt vürdern vnd bege-
„ naden wellen an allen den ſachen di ſi an vns bringent. di
„ redlich vnd zeitlich ſint vnd zv guten vnd ſeligen dingen
„ gehörent. vnd da von wellen wir, vnd gӧpieten ſtrenli-
„ chen. daz niemen fürbaz. diſeu vnſerer benevvg vnd beſte-
„ tigung ſchrift. bechrenchen ſchülle, oder geturr. vnd daz
„ auch niemen davvider icht freulichen tue. wan ſvver daz
„ tät, der laidigat ſvverlichen vnſer chünchlich magenchraft,
„ vnd vnſer wirdichait grözlichen überſäh. vnd dax di be-
„ newng, vnd beſtetigung alſo ergangen. vnd geſchehen
„ ſei, geben wir ze einem vrchvndt. vnd zv einer ewigen
„ chraft diſen brief verſiegelten mit vnſerm chünchlichem In-
„ ſigel. vnd der iſt gegeben ze *Wienn* In dem Monn der da
„ haizzet de abrille. vnd iſt geſchehen do von chriſtes depurdt
„ zwelf hundert, vnd ſiben vnd ſibentzk Jar. in dem vier-
„ den Jar vnſers reiches. „

Nu wan wir unſer gier. vnd unſer andacht alſo ſtöt. vnd alſo geſtalt iſt. daz wir gaiſtlichen hävſern vnd perſonen gern

gern vvolten gütlichen tün. vnd ſi vvolten vürdern vnd vürpringen. als daz von vnſern vorvodern an vns chomen iſt, di vns des ſelben pilde vnd ler habent vorgetragen. Da von nah des vorgenanten herren des aptes vnd des Conuents von Nidernaltah pet. haben vvir getragen, vnd genaigt, vnd haben in di ſelben hantfeſt mit allen ir pünten vnd artikeln benevvt, bevvart, vnd beſtatigt. vnd mit diſer gegenvvürtigen ſchriſt geevvigt. alſo daz niemen vürbaz vrlaulich ſchol, oder mag geſein. daz er diſe vnſer ſchriſt mit ichtevbechrechen. oder da vvider icht vräulich tun. vvan ſvver daz tat der ſchelt vvizzen, daz er ſchuverlichen in vnſer vngnad, vnd in unſern zorn geviel. daz daz alſe geſchehen ſei. geben vvir diſen brief ze einem vrchund mit vnſerm Inſigel verſigelt. daz iſt geſchehen *ze Wiennen* de von chriſtes gepurd waren tzvvelfhundert vnd Nevntzi iar. viertzehen tag vor dem Monn der da haizzet abrill.

Num. CXXII. Privilegium evehendi Salis ſine exactione Mutæ. An. 1292.

Nos *Otto* Dei gratia *palatinus Comes Rheni*, *Dux Bavvarie* preſentibus profitemur, quod multorum meritorum deuocionem, quam nobis et quondam Kariſſimo patri noſtro diue recordacionis altahenſe Monaſterium vtiliter, et Reuerenter inpendit ſpecialibus gracie noſtre fauoribus repoſcere et recognoſcere cupientes, hanc pro ſalute et remedio progenitorum noſtrorum, et ſpecialiter preſcripti patris noſtri Kariſſimi ſibi fecimus gratiam ſpecialem. quo commodius continuate ſubuencionis noſtre onera ualeat ſupportare, quod quilibet abbas eiusdem Monaſterij, qui pro tempore fuerit *tria talenta majoris*

ligami-

ligaminis et duodecim minoris ſalium ſemel in anno deducere ualeat per mutas noſtras in *burchuſa* et *Schärding* absque exactione cuiuslibet thelonei ſiue mute, ita quod occaſione premiſſorum nichil exigatur penitus ab eisdem. vel procuratoribus eorumdem, vel aliquibuscunque aliis, quibus predicte libertatis negocium duxerit committendum. Et ut hec premiſſe libertatis conceſſio perpetuis temporibus duratura, proceſſit de Kariſſimorum fratrum noſtrorum *Ludvvici* et *Stephani* expreſſo beneplacito atque voto. In quorum omnium euidens teſtimonium atque robur preſens inſtrumentum eis dedimus, noſtri maioris ſigilli robore communitum. Datum et actum apud *Strubingam* anno Dni Milleſimo ducenteſimo LXXXXII. proxima quarta feria ante Sebaſtiani Martyris.

* Sigillum ſub N. 31.

Num. CXXIII. Privilegium perpetuum evehendi Salis ſine Exactione Mutæ. An. 1298.

Nos *Otto* Dei gratia *Palatinus comes Rheni*, *Dux Bavvarie*, tenore preſentium profitemur, quod multorum meritorum deuotionem, quam nobis et quondam dulciſſimo Patri noſtro inclyte recordationis *Altahenſe* Monaſterium utiliter libenter impendit, ſpecialibus gratie noſtre fauoribus repoſcere et recognoſcere cupientes, hanc pro ſalute et remedio progenitorum noſtrorum, et ſpecialiter preſcripti Genitoris noſtri chariſſimi, ſibi fecimus gratiam ſpecialem. quo commodius continuate ſubuentionis noſtre onera valeat ſubportare, quod quilibet Abbas eiusdem monaſterii, qui pro tempore fuerit, *tria talenta majoris ligaminis*, et *duodecim minoris Salium* ſemel in anno quocunque tempore voluerit, deducere valeat. per mutas noſtras in *Burchuſe* et *Schärding*, abſque exactione cuiuslibet

thelonei ſine mute, ita quod occaſione premiſſorum nihil exigatur ac eisdem vel procuratoribus eorundem premiſſis, et adiicimus, quod ſi predictus Abbas predicte libertatis negotium pro tempore cuiuslibet anni, alicui, vel aliquibus committendum duxerit ſeu vendendum, is vel iidem eadem per omnia gaudere debeant libertate. Et hec premiſſe libertatis conceſſio perpetuis temporibus duratura, proceſſit de chariſſimi Fratris noſtri *Stephani* expreſſo beneplacito atque voto, In quorum omnium euidens teſtimonium atque robur preſens inſtrumentum ſibi dedimus noſtri majoris ſigilli robore communitum. Datum et actum apud *Straubingam*, Anno Domini MCCXCVIII. in vigilia Natiyitatis Virginis glorioſe.

Num. CXXIIII. Confirmatio plurium Privilegiorum circa Emmunitatem a Theloneo. An. 1299.

Nos *Otto* et *Stephanus* Dei gratia *comittes palatini Rheni. Duces Bauarie*, per preſentes litteras confitemur, quod nos preſentante nobis venerabili Dno *Wernhardo* abbate de *inferiori altah* literas quondam Kariſſimi Patris noſtri Dni *Heinrici* inclite recordacionis vidimus non cancellatas, nec viciatas, per omnia in hec verba.

„ Nos Heinricus Dei gratia comes palatinus Rheni, Dux
„ Bavvarie per preſentes literas confitemur, quod nos preſen-
„ tante nobis venerabili Abbate Volchmaro de inferiori altach
„ literas Kariſſimi Patris noſtri Dni Ottonis inclitì Comitis pala-
„ tini Rheni, Ducis Bavvarie vidimus non viciatas nec cancel-
„ latas per omnia in hec verba.

„ Otto

„ Otto dei gratia comes palatinus Reni, Dux Bavvarie.
„ Vniverſis ſuis Judicibus. Mutariis, Theloneariis, gratiam
„ ſuam et omne bonum. Quoniam Eccleſia inferioris Altah
„ perpetuo libera indulſimus voluntate, vt de victualibus ſuis,
„ per pontes, terras, et aquas, in noſtro diſtrictu nullus
„ theloneum exigere debeat, ſev mutam, vobis ſub obtentu
„ noſtre gratie precipimus firmiter, et mandamus, quatenus
„ gratiam talem ipſi Eccleſie a nobis conceſſam nullatenus in-
„ fringatis, quod ſi ſecus duxeritis faciendum, noſtram vos ob
„ hoc indignacionem incurriſſe graviter noueritis et offenſam.
„ Datum apud *Landavve* Anno Dni. M. CC. XLVI. XV. Kaln.
„ Julii. „

„ Nos quoque volentes piis noſtrorum progenitorum ve-
„ ſtigiis inherere, ſupradictam libertatem et gratiam eidem
„ Eccleſie Altahenſi confirmamus, et tenore preſencium ſtabi-
„ limus. Datum in *Altah.* Anno Dni. M. CC. LXXX. primo.
„ pridie Kaln. Junii.

Nos quoque volentes Kariſſimorum Avi et Patris noſtri veſtigiis inherere et libertates Eccleſiarum noſtris temporibus non infringere, minuere: ſed augere, eidem venerabili Abbati et Conventui Altahenſi preſentibus indulgemus et antiquam gratiam noua gratia ſupperaddita renovamus, que inquam ſuperaddita gracia hec eſt, ut non ſolum vinum et annonam, quod vel que in propriis Vineis, poſſeſſionibus ſev prediis et decimis ipſis creſcit et provenit, etiam ſi huiusmodi Vinum et annonam, exigente neceſſitate eos vendere contingat, verum etiam ſi quod Vinum et annonam ex predictarum Vinearum, poſſeſſionum ſev prediorum et decimarum ſterilitate, pro

domus ſue neceſſitate, emere compellantur, nec non alia quibuscunque pro predicte domus ſue neceſſitate indiguerint, per pontes terras et aquas noſtri dominii, ſurſum, et deorſum. deducere debeant et valeant ſine qualibet exactione thelonei ſev mute, ac poſtulacionis genere cuiscunque non obſtante ſi proceſſu temporis, pro inſtantibus noſtris neceſſitatibus, mutas noſtras, et thelonea, nos oporteat obligare. Vobis igitur ſub obtentu noſtre gracie mandamus firmiter et diſtricte, ut huiusmodi libertatis gratiam predictis Dno abbati et Conuentui altahenſi per nos denuo ſuperadditam et conceſſam nullatenus infringatis. Quod ſi ſecus feceritis noſtram vos indignacionem incurriſſe grauiter noueritis et offenſam. Datum apud *Strubingam*. Anno Domini Milleſimo. ducenteſimo. Nonageſimo Nono. In die beati Luce Evangeliſte.

Pendent ex hac Membrana gemina Sigilla *Ottonis* et *Stephani*. illud ſub N. 31.

Num. CXXV. Venditio Juris Advocatiæ. An. 1311.

Ich *Ortorf von Chranchperch*. vergich vnd tün chvnt allen den di diſen brief ſechent oder horent leſen. di nv lebent. vnd hernach chünftig ſvnt. Daz ich mit miner Erben gutten vvillen. vnd gunſt. mit verdachtem mvet. vnd mit zeitigem Rat miner frevnt. ze der zeit do ich ez vvol getvn mocht. verchauft han mins rehten lechens. die vogtai datz *Abtſtorf*. da von man alle Iar dinet *drev vnd zvvaintzikch pfunt Wienner pfenning. vnd fümf vnd zvvaintzich mutt habern, vnd fvmzich hvner. vnd fvmzich phenning.* vnd darzu daz gericht. ez ſei vmb *dief*. oder

vmb

vmb *notnuſt*. oder vmb *todsleg*. oder vvaz an den tod gehoret. mit allem dem nvtz vnd recht. als ich ez vnd nün vodern ennſer von hertzoges *Fridreichs* zeiten in rechter lechens gevver. herbracht haben. vmb *drevhundert pfunt*. vnd um *fümf vnd ſechtzick pfunt Wienner pfenning*. der ich recht vnd redleich gevvert bin. dem erbern mann hern *Hadmaren von Sunnberch*. ledichleich vnd vreileich. ze haben. vnd allen ſinen frvme do mit zeſchaffen. verchauffen. verſetzen, vnd geben ſvvem er vvell an alle irrſal. vnd durch pezzer ſicherhait. ſo ſetz ich mich vorgenanter *Ortolf von Chranckperch*. vnd mein erben. dem vorgenanten hern *Hadmaren von Sunnberch* vber das vorgenant guet ze rechtem ſcherm. fur alle anſprach. als lehensrecht iſt. vnd dez landez gevvonhait ze *öſterreich*. vnd gib im dar vber diſen brief ze einem ſichtigem vrchund. vnd zv einem offen zevgen. diſer ſache. verſigeltn mit meinem Inſigel. vnd ſint auch dez gezeug. her *Stephan von Meichſavve*. her *Eberhard*, vnd her *Heinrich*. vnd her *Vlrich di bruder von Walſe*. her *Otto von Celking*. *Stephan von kaunvelde* her *Hadmar von Raſchenloec*. vnd ander erber leut genug. den die ſache vvol chvnt iſt. diſer brief iſt gegeben. do von chriſtes gepurd vvoren ergangen drevtzechvndert Jar. darnach in dem ainleſten Jar. an dem auferttabent.

Num. CXXVI. Renunciatio Juris advocatiæ in Villa Abſtorf. Anno 1312.

Ich *Ott de Turs von Rauchenekk* mit ſamt minen Schönen. *Otten* vnd *Johanſen*. vnd andern meinen erben. ton ze vvizzen. allen den. di den Brief anſehent oder horent leſen. di nv lebent. oder hernach chvnftik vverdent. daz vvir vns verzigen

gen haben. alles dez rechtes daz vvir hieten. oder haben ſolten. an der *vogtai dez gutes ze Nideraptſtorf.* vnd haben ſei ledichleichen aufgegeben. vor vnſerm herren hertzog *Fridreich von Oſterreich.* dem erſam Prelaten. aptt *Wernhard von Nidderaltach.* vnd ſiner Sammung. alſo daz vvir vnd vnſer afterchvnſt nimmer mer do hain anſprach. nach derſelben vogtai ſullen haben. vnd iſt dar mit ſchiedung darzv chomen. alſo daz der vorgenant aptt. vns darumb *drevhundert pfunt Wienner pfenning* gegeben vnd verihtt hat. Vnd daz daz alſo ſtet beleibe. geb vvir im vnd ſinem gothaus diſen Brief ze einer ſicherhait. vnd zv einem ebigen vrchvnd. verſigeltn mit vnſer Inſigel. dez ſint zevg. *Dietreich von Pilchdorf.* her *Weichhard von topel. Fridrich von Waltſe.* vnd ſein Bruder her *Gebhard* chorherr von Pazzavv vnd her *Svveicker Ritter von Iſerhoven.* vnd Maiſter Albert pfarrer von *Haidolſing.* Heinrich der *Aſperger.* vnd ander erſam leut. Der brief iſt gegeben do von chriſtes gepurt vvaren. tauſent Jar. vnd drehvndert Jar. darnach in dem zvvelftem iar.

Num. CXXVII. Collatio Juris Advocatiæ in Villa Abtſtorf. Anno 1312.

Ich *Tietreich von Pilchdorf.* ze den zeiten *Höfmarſchalch* dez hohen *fürſten dez hertzogen von Oſterreich* tvn ze vvizzen, allen den. di diſen brief leſent oder horent leſen. daz mir mein herre. Hertzog. *Fridrich von Oſterreich* enpholhen hat dev vogtai daz *Nidernaptſtorf.* nach dez erſam herren aptt. *Wernhard.* Peter. von *Nidernaltach.* der mich dazv ervvelt hat. mit ſogetaner beſchaidenchait. vnd mit ſogetanen recht. daz er mich vercheren mack. ſvvenn ich im vnd ſinem gotzhauſe. nicht reht vvere. vnd hat auch mir der vorgenant aptt. dar

vmb

vmb daz ich im di leut getrevvlich vnd vleizzichleich beſchirmen ſchol. von dem ſelben vrbor geſchafft. daz mir ſein pfleger auf dem ſelben guet ſol geben alle iar an ſant Jörgen tag *zehen ſchilling vvienner pfenning*. vnd ze ſant Michelstag. *fumpf habern.* vnd auf di lichtmeſſ *fumf pfunt vvienner pfenning* fur alle dev mal di ich oder mein poten. ſvvenn vvir darchomen haben ſüllen. vnd vber daz han ich nimer ze vodern auf dem ſelben gvet. vnd ſchol auch da niht rihten. dann die drei ſach di da zv dem tod gehorent. *Todslach. Deuf.* vnd *Notnompft.* vnd ſchol auch die ſelben ſchuld alſo richten. daz ſein der aptt. vnd ſein gotzhaus an ſinem reht. vnd ſinem guet *niht* engelt. dez gib ich im diſen Brief ze einem vrchvnd verſigeltn mit meinem Inſigel. Der prief iſt gegeben. da von chriſtes gepurt vvaren tauſent Jar. vnd drevhvndert Jar. darnach in dem zvvelften iar. ze *Wienn* in der Stat. An ſand Mychels tag.

Num. CXXVIII. Confirmatio Laudi ſuper ceſſione Advocatiæ in Villa *Abtſtorf*, An. 1312.

F*ridricus* dei gratia. *dux auſtrie. et ſtyrie. dominus Carniole. Marchie. ac portuſnaonis.* ad vniuerſorum tam preſencium quam futurorum volumus noticiam peruenire. Quod cum inter honorabiles viros. *Wernhardum* abbatem et Conventum Monaſterii *altache Inferioris.* ex parte vna. et fideles noſtros *Ottonem. Türſonem de Rauhenekhe pro* ſe ſuisque filiis. *Ottone* et *Johanne* et aliis ſuis heredibus vniverſis ex altera. ſuper advocacia ville *aptſtorf* inferioris, coram nobis fuiſſet aliquamdiu diſceptatum. Tandem ad conſilium noſtrum ſuper eadem controuerſia in noſtros fideles Magiſtrum *Bertholdum*

pro-

prothonotarium noſtrum *Dietricum.* et *Marſcalcum de Pilichdorf. Ottonem de Celking. Wikardum de Topel.* tamquam arbitratores. ſev amicabiles compoſitores. de conſenſu parcium exſtitit compromiſſum. qui inter ipſos compoſicionem ſev arbitrium huius modi protulerunt. videlicet quod prefatus *turſo* pro ſe, filiis ſuis et heredibus antedictis. omni Juri. quod ſibi in eadem aduocacia compeciit. ſev competere potuit. cederet libera voluntate. Quod et fecit renuncians omni accioni, ſev liti que de iure vel de facto ſuper eo poſſint in poſterum ſuboriri. reſtituens et reſignans. dictam aduocaciam eisdem. abbati et Conuentui liberam et quietam. abbas vero et Conuentus memorati. proceſſione ſeu renunciacione huiusmodi ſibi facta, dicto *Turſoni* ſuisque heredibus. *trecentas libras denariorum Wiennenſium* tradidit et perſoluit. Nos igitur pro bono pacis et concordie dictam renunciacionem ſeu ceſſionem ipſis abbati et Conuentui per memoratos *Turſonem* heredesque ſuos libere factam. et coram nobis et illuſtri fratre noſtro *Leupoldo duce Auſtrie et Styrie* publicatam recipimus, ſepedicto abbati ſuisque ſucceſſoribus generoſius indulgendo, ut iuxta tenorem antiquorum priuilegiorum eccleſie ſue aduocatum ſibi in prefata villa *Abtſtorf.* libere poſſit eligere pro ſue arbitrio voluntatis. Eum vero, quem pro tempore ipſe abbas cum fratribus ſuis duxerit eligendum nobis preſentare debebit. per noſtre magnificenciam dominacionis confirmandum. vt autem idem arbitrium ratum et inconuulſum omni tempore perſeueret, neç aliqua poſſit deinceps calumpnia ſuboriri. preſentes literas de conſenſu et uoluntate parcium. Sigilli noſtri robore communitas tradidimus in euidens teſtimonium premiſſorum. Datum et actum *Wienne* preſentibus hiis teſtibus fidelibus noſtris. *Wernhardo de Schowberch. Rudolfo Chranckperger.*

perger. Friderico de Walſe. Duringo Pibrone. Ottone hauſerio. Swveikero de Iſerhouen. Alberto plebano de haedolfing. Heinrico de alberg. Chunrado de avve. Walthero de hitzſteten. et aliis quam pluribus fide dignis. Anno domini. M. CCC. XII. II. Kal. Octobr.

Num. CXXVIIII. Confirmatio Privilegiorum. Anno 1312.

Nos *Fridericus* dei gratia. *dux auſtrie et ſtyrie. dominus Carniole. Marchie. ac portuſnaonis* ad vniuerſorum tam preſentium quam futurorum noticiam cupimus peruenire. Quod veniens ad noſtram preſentiam vir honorabilis, abbas monaſterii *Altachenſis. inferioris.* ſupplicauit nobis humiliter et deuote, quatenus priuilegium quoddam eidem monaſterio. preclare memorie *Fridericum ducem auſtrie* anteceſſorem noſtrum. temporibus retroactis conceſſum. et per diue recordationis domnum *Rudolphum Romanorum Regem* auum noſtrum. poſtmodum. ſicut de verbo ad verbum vidimus, confirmatum approbare. Innouare et confirmare de ſpeciali gratia dignaremur. Cuius quidem priuilegii tenor per omnia talis eſt.

„ *Nos Fridricus.* reliq. vid. ſupra ad an. 1243.

Nos igitur ſupradictum monaſterium et perſonas in ipſo famulantes. ſincero proſequentes affectu. nec non ipſorum tranquillitati et comodo conſulere cupientes pro diuina reuerencia prenotatum priuilegium ſicut diſtincte preſentibus eſt inſertum. ſepefato monaſterio, per ſingula approbamus. innouamus et ſcripti patrocinio confirmamus. In cuius rei Innouationis et confirmationis teſtimonium. Sigillum noſtrum pre-

ſentibus eſt appenſum. Datum Wienne. Anno domini. M. CCC. duodecimo IIII. Kal. Octobr.

Num. CXXX. Confirmatio Traditionum ad Infirmariam cum Augmento. Anno 1319.

Nos *Heinricus*, *Otto*, et *Heinricus* Dei gratia *Comites Palatini Reni Duces Bauuarie* tenore preſentium profitemur, quod Kariſſimi Patrui noſtri, Domini *Ottonis* Incliti Regis Ungarie, nec non Genitoris noſtri Dilectiſſimi Domini *Stebhani*, Illuſtris Ducis Bauuarie diue recordationis litteras vidimus in nulla ſui parte vitiatas. per omnia in hec verba.
„ Otto et Stephanus Dei gratia Palatini Comites Reni, Duces
„ Bauuarie, omnibus preſentia inſpecturis imperpetuum. In-
„ heremus Kariſſimi Progenitoris noſtri Domini *Heinrici* Illu-
„ ſtris Ducis Bauuarie diue recordationis veſtigiis, qui de ſua
„ liberali munificentia domum infirmorum, ſive Infirmariam
„ Eccleſie *inferioris Althe* in quibusdam prediis eidem infir-
„ marie pertinentibus usque *quinque librarum redditus* ab om-
„ ni Jure ſteurarum, et exactionum quarumlibet exemit, prout
„ in litteris ſuis patentibus ſigillatis vidimus, et collegimus
„ evidenter. Nos pro ſalute noſtra, ac memorati Patris noſtri
„ Kariſſimi, nec non et aliorum Progenitorum noſtrorum ſa-
„ lubri remedio hanc gratiam duximus ampliandam. Ita vi-
„ delicet, quod in prediis et poſſeſſionibus ſubnotatis *usque*
„ *ad triginta duarum librarum ratiſponenſium* redditus, in-
„ cluſis quinque librarum redditibus, a Patre noſtro, ut pre-
„ miſimus conceſſis, preter annonam, caſeos, et minuta ſer-
„ vitia conſimili in prediis et poſſeſſionibus ſubnotatis memo-
„ rata Infirmaria *Altahenſis* gaudere debeat in perpetuum li-

„ ber-

„ bertate. Sunt namque predia hec ad infirmariam pertinen-
„ tia, in quibus gratiam fecimus, et conceſſimus *Svvaiga in*
„ *Sichvverd*, Villa in *alten Urvar* cum omnibus ſuis adtinen-
„ tiis. In *Teſingerried* ſeptem beneficia, In *Ottenperig* ſex
„ beneficia, In *Zurgen* duo beneficia. In *Pedling* duo benefi-
„ cia, in *Huntorn* octo beneficia, in *Gneiſting* quatuor bene-
„ ficia. In *Lantzing* unum beneficium, In *Maeking* duo bene-
„ ficia, In *Hernting* unum beneficium, In *Reinprehting* unum
„ beneficium, In *Sigberting* unum beneficiolum, In *Emling*
„ unum beneficium, In *Herpolting* unum beneficiolum, In *Ruk-*
„ *kering* integram Hubam in *Raeting* duas curias, in *Haſelbach*
„ duo beneficia, in *Maetzing* unam curiam, in *Erckenſtriding*
„ unam curiam, in *Fronhoven* unum quartale, in *Helngerſperg*
„ unam curiam in *Grub* unum Molendinum, in *Elnpach* tria quar-
„ talia, In *Schvvarzach* duas curias. In *Puch* unam curiam, In *Avver-*
„ *bach* tria quartalia, In *Stainhauſen* tria beneficia, in *Winleins-*
„ *raeut* duo beneficia, In *Wintzer* unam curiam, In *Tundorf*
„ unam curiam, et unum beneficium, In *dem Mos* duo quartalia,
„ in *Nider Ottmaering* tria quartalia, In *Puchoven* unam curiam,
„ In *Maendorf* beneficiolum, In *Reinoltſtorf* unam piſcariam,
„ In *Petzendorf* unam Curiam, et in *Huneltorf* unam curiam.
„ Volumus igitur et diſtricte mandamus, ne quis Judicum,
„ vel Officialium noſtrorum ſupradictis in prediis ad ſummam
„ *triginta duarum librarum* ſe extendentibus, ſed neque in
„ annona, caſeis et minutis ſervitiis ſibi vendicet quidquam
„ Juris, ſed in ſpeciali poteſtate hec omnia conſiſtant, eius,
„ qui pro tempore Abbas fuerit Eccleſie *Altahenſis*, vel cui
„ vices ſuas, quantum ad hunc articulum duxerit committen-
„ das. In huiusmodi vero gratie conceſſione maiora Judicia,
„ que penam mortis irrogant, et infligunt, puta homicidi-

„ um, furtum, et maioris violentie raptum, nobis et Officia-
„ libus noſtris tantumodo reſervamus, eo tamen moderamine
„ interiecto, quod ſi quotiens in homines, ſive colonos pre-
„ diorum ſupradictorum penam mortis per Officiales noſtros
„ exerceri contingat, exigentibus culpis ſuis, ſicut in hiis ca-
„ ſibus, non obſtante libertate preconceſſa Juri noſtro nolu-
„ mus derogare, ſic et Infirmariam Eccleſie Altahenſis, in bo-
„ nis ſuis, et prediis prenotatis ſibi Jure et rationabiliter per-
„ tinentibus iacturam ſeu Leſionem aliquam propter hoc nolu-
„ mus ſuſtinere. Siquis igitur huius noſtre conceſſionis gra-
„ tiam preſumpſerit infirmare, noſtram ſe indignationem no-
„ verit incurſurum. In huius ſiquidem gratie memoriam, at-
„ que robur validius, preſentes litteras ſibi dedimus ſigillorum
„ noſtrorum robore conſignatas. Actum et Datum apud *Lan-*
„ *dishutam* anno Milleſimo CCC. quarto, In die beati Eraſmi
„ Martyris „

Nos vero Progenitorum noſtrorum veſtigiis inherentes ad divinum cultum Augmentandum predictam gratiam per preſcriptos Patruum et Patrem noſtrum prefate Infirmarie conceſſam ratificamus, et preſentibus approbamus. Immo verius pro noſtra et Anteceſſorum noſtrorum ſalute predictam gratiam duximus de Conſiliariorum noſtrorum conſilio ampliandam, ita quod duodecim beneficia infra ſpecificata modo ſimili ſine ſteurarum, et preſtationum quarumlibet aliarum, exactione omni iure velut beneficia ſuperius nominata, usque ad hec tempora tenuerunt, absque noſtro et Officialium noſtrorum quolibet impedimento poſſidere debeant in perpetuum pacifice et quiete. Et ſunt bona, de quibus de novo gratiam fecimus Infirmarie ſupradicte. In *Shelitz* una Curia, in *Seifridſried* unum feodum,

dum, in *Haewercboven* una curia, in *Eſchelbach* una curia, in *Wilenſraeut* una Huba, in *Stain* dimidia Huba, in *Rinchnamunde* unum Molendinum, in *Sinharting* unum Molendinum, In *Mimming* unum beneficium, in *Gotſmanſtorf* unum beneficium, in *Chauſſing* duo beneficia. Et ut omnia preſcripta rata permaneant, preſens dedimus Inſtrumentum ſigillorum noſtrorum robore communitum. Actum et Datum apud *Straubingam* anno Domini Milleſimo CCC. nono decimo in die beati Bartholomei Apoſtoli.

Num. CXXXI. Compoſitio Controverſiæ cum Vinitoribus Monaſterii. An. 1320.

Wir *Fridreich* von Gottes genaden aptt ze *Nideraltah*. vnd der convent da ſelben. tvn ze wizzen allen den. di diſen brief anſehent. leſent. oder hörent leſen. daz ein chrieg woz zvviſchen vnſer. vnd vnirerr Weinzürl datz *Spitz*. vmb di berichtigvng zu vnſern vveingarten. dev vns baidentholb vnfügleich woz. dez ſelben chriges hab wir vns paidentholb geſatzet mit vnſer paider gütlichen willen an vier man. daz iſt an den erſamen *Ritter hern Hadmarn*. ze den ſelben zeiten *Richter datz Spitz*. vnd an den erſamen *Ritter hern Otten von Cyſtersdorf*. vnd an den beſchaiden Man hern *Leupolden. den alten richter von Crembs*. vnd an den beſchaiden man hern *Hainreich den Wunder von Spitz*. vnd iſt daz geſchehen vor dem edelen *herren. hern Janſen von chüuring*. vnſerm voit. vnd vor der edelen *fravn vern Angneſen der grevinn von Aſperch*. ſeiner muter vnd iſt alſo verſchaiden. als her nach ſtet an der hantveſt. daz di Weinzürl dī dev fvmf erbe habent

 inne

inne. Daz iſt *Fridreich in dem Steineich.* vnd *hervvort.* di daz ain habent. vnd *Perchtolt* in dem aiſtol. der daz ander hat. vnd *Hainreich de treter.* der daz dritt hat, vnd *Wolther von hof,* der daz vierd hat. vnd *Hainreich* dez pintter aidem. der daz ſvmſt hat. vnz vnd vnſerm chloſter ze *Nidernaltach.* forbaz evvichleich vmb halben wein pawn ſchüllen. vnd daz in vnſer pfleger daz dem *aptſperg.* alle iar geben ſol daz *Spitz.* ie zu dem erb Zwai mvttel chorns ewichleich. der mazz vnd man den Weinzürl emoln gegeben hat. ab dem choſten darz *chrems.* vnd ſvvo ſi frident da ſvllen ſi di hekke vor auz haben. vnd ſvvoz von den Weingarten weins vvirt. den ſülle vvir mit vnſerr ur Maiſſ gevveis füren in unſer ſelbes preſſ. an der Weinzürl müe. vnd ſwenn der wein gepreſſet wirt. ſo ſvlle wir holben wein vnd holb treſter nemen. vnd daz ander holb tail dez yveins vnd der treſter. Süllen die Weinzürl nemen. vnd ſüllen auch daz auz ſvren mit ir ſelbes für. an vnſer müe. an daz ain. daz ſi vns den Zehent dinn pei dem grantt, vnd bei der preſſ. ſüllen geben. als ſie vns den emoln habent gegeben. vnd ſüllen auch holbez leſſon. vnd preſslon geben. ſi ſvllen auch ledich ſein zengeben der erbhamm. vnd probſthamm. vnd bites. vnd lichtes vnd züchte. vnd pettgevvontes. vnd dez lons von den potigen. vnd vveinzihens. vnd vas fürens von der tvnavv. da ſi vns emolen ſint ze dinſt mit gevveſen. ſi ſint auch alles vngeltes ledich von vns. denn *als vil.* daz ſi der Zvvai taidinch. vor vnſerm pflegar von *dem aptſperg.* alle iar beſvchen ſüllen. als ſi ſev emoln beſvcht habent. vnd ſvllen auch denn geben taiding phenning. vnd in beiſöd pfenning. als ſi ſev emoln habent gegeben. ſi ſvllen auch di weingarten wol pavn. reht als wir. vnd ſev dez genizzen wellen. vnd ſwer vnd er in des niht entet. da ſol denn vm

gein

gein demſelben geſchehen. daz andere levt reht iſt in dem tol datz *Spitz*. Wir ſvllen auch fvrbaz den weinzvrln anders nihtes ſchvldich ſein ze geben. vveder von pſenning. noch von traid. noch pruſphenning. noch holtz noch anders nichtez niht. zu den Weingarten pavve. denn daz oben benant iſt. an der hantfeſt. vnd daz vns daz paident holben gantz. vnd vnzebrochen beleib. geb vvir in diſen prief ze ainem vrchvnd. verſiglt mit vnſern. vnd des edelen herren. hern *Janſen von chvnring* Inſigeln. vnd iſt daz geſchehen datz *Tirnſtain*. da von chriſtes gepurt worn drevzehenhvndert iar. darnach in dem zvveinzkiſten iar. des ſvntages vor ſant Eraſmens tag. da ſint pei gevveſen. vnd ſint ſein auch zevg. her *Levtvvein* vnſer pfleger datz dem *aſperg*. her *Vlreich* de pfarrer datz *Spitz*. her *Perhtolt* vnd her *Vlreich* vnſer pruder. der vorgenant *Hadmar von Spitz*. Her *Otto von Cyſtersdorf*. her *Levpold von chrems*. her *Hainreich der Wunder von Spitz. Peter auz der avv. Ditmar der Reich. Hainreich* der Vorſter. *Hainreich Chveſſel. Jacob der Panholtz* vnſer diener. vnd anderr piderber levt vil.

Num. CXXXII. Confirmatio Privilegii, Statibus Provincialibus conceſſi. Anno 1331.

Wir *Heinrich der Jung* von Gotes genaden *Pfallentz Graf ze Reyn vnd Hertzoge in Bayern*. Verichen vnt tvn chvnt allen den die diſen brief an ſehent oder hörnt leſen, daz wir durch Gerechtichait vnd durch vnſer vorvodern vnd ſelbers hail vnd ſeld angeſehen vnd erchant haben, vnd auch bedenchen vnd erchennen mit diſen brief die genad vnd recht, die vnſer lieber herre vnd vater *Chvnich Ott von Vngern* vnd vnſer lieber Vetter Her *Stephan Pfallentz graf ze Reyn Hert-*

zog

zog in Bayern, den Got genade, Piſchofen, Prelaten Chloſtern vnd andern gaiſtlichen vnd wertlichen Pfaffen, Grafen, Freyen, Dienſtlauten, Rirtern, Chnechten, Steten, Marchten, Purgern, vnd gemainleich Land und Läuten, Armen vnd Reychen an der grozen Hantfeſt vmb den Chauf der gericht, vnd umb daz abnemen der Viech ſtewer emalen gegeben vnd beſtätigt habent, vnd ſeint daz wir im ze vnſern Jaren, vnd zv vnſerm tail Landes chomen ſein, vnd ſi vns ze vnſer grozen notdurft mit einer Viech ſtewer bedaht vnd gedient haben, Chreftigen, vernewen, vnd ſtätigen wir in mit diſen brief allev die recht, punde, vnd artikel, di an der vorgenanten grozzen Hantfeſt geſchriben ſtet. Vnd gehaizzen vnd verſprechen auch fur vns, vnd vnſer Erben, vnd für alle vnſer nachchomen bei unſerm Ayde vnd trewen, daz ſi, ir Erben, vnd alle ir nachchomen aller anſprach, bet, vnd voderung haimlicher vnd offenleicher, von vns, vnſern Erben, vnſern amptlauten oder von anders ieman mit gewalt, oder mit bet cheiner vngewonleicher gemainen Stewer von allerlaye hab vnd gut ſwie man daz genennen möcht noch mit cheinen Sachen ſwie man die vinden oder erdenchen mocht nimmer mer gebiten noch beſwärn ſullen, vnd ſi der fürbas ledich frey, vnd ſicher ſagen ewichleich an allez gevär, als daz auch die obgenant grozzev Hantfeſt ſagt. Vnd daz daz von vns, vnſern Erben, vnd von allen vnſern nachchomen ewichleich ſtät vnd vnzerbrochen beleib, dar vber ze einem vrchunde geben wir den brief verſigelten mit vnſerm Inſigel der iſt gegeben ze *Tekkendorf* da man zalt von Chriſtes geburtt dreutzehen hundert Jar dar nach in dem ainem vnd dreizzigſtem Jar. an ſand Nyclas tag.

* Sigillum integrum et prorſus illaeſum.

Num.

Num. CXXXIII. Compenſatio pro mutuo. Anno 1340.

Wir *Lud.* von Gotes genaden *Römiſcher Chayſer* ze allen Zeiten merer des Reychs, vnſers lieben *Suns vnd Fürſten Hertzogen Johanſen in Bayern Pfleger.* Vnd wir *Margret* von gotes genaden. *Pfallentz gräſinn ze Rayn. vnd Hertzoginn in Bayern:* Veriehen offenbar an diſen brief, vnd tun chunt allen den di in ſehent oder hörnt leſen. Wan vns der Erſam abtt. vnd aller der Conuent des Gotshaus ze *Nideraltach* mit guten Hantueſten - vnd briefen. vnd auch mit vnſerm Rat geinnert, vnd beweyſet hat, daz in vnſer lieber *Svvehar, vnd Fürſt Hertzog Heinrich* dem Got genad - hewer des Suntages vor ſand Veytes tag über ettlaichs altes gelt - da ſi vor Hantueſt vnd brief über habent - von newen dingen ſchuldich beliben iſt - vnd gelten ſol - *zvvay tauſent pfunt - acht hundert pfunt - dreizzich pfunt vnd fümf pfenning - Regenſpurger pfenning*, vnd vmb di ſelben pfenning - hat er in ettlaich gült- vnd pfant ein geantwurtt der ſi ſümleicher nach vnſers vor genanten *Svvehers Hertzog Heinrich* ſäligen Rat vnd gebot *Svveikkern von Othmaring.* entwichen ſint - als ſi des paidem halb. gut brief vnd vrchund habent, darnach ſint ſi vns *Margreten Hertzoginn in Bayern* - des gerichtes ze *Viechtach.* mit der handlung di an den tod gent - vnd mit aller handlung- mit den *Zinſpfenning* - und mit der *chaſten gült*, vnd mit der *gavv Stevver* - ze dem Mayen - vnd auch ze dem herbſt für ſich ſelb alain. vnd nicht für *Svveikkern van Othmaring* entwichen - vnd habent vns di ledich lazzen - auf vnſer genad ſo haben wir *Ludvvich Römiſcher Chayſer* vnd wir *Margret Hertzogin in Bayern*, durch Got ze voderiſt - vnd vnſers vor ge-

nanten *Svvehers Hertzog Heinrich* - vnd anderer vnſerer vodern ſeligen. Zehilff - vnd ze troſt - vnd vns vnd allen vnſern nachchomen ze einen ewigen ſelgeråt - in der *vier hundert pfund* - di auf ir läuten ze *Vogtay*, vnd ze *ſtevver* lagen - ze widerbringung, vnd ze ergetzung - ires grozzen ſchaden - gegeben - vnd lazzen Järleich *zvvay hundert pfunt* - als ſi des von vns ein beſunder Hantueſt habent, dannoch bleibt auf in - vnd auf ir läuten - für die herbſt-ſtevver, vnd für die May-ſtevver, di ſi Järleichen geben ſüllen *hundert pfunt* auf ſand Jörgen tag - vnd von der *Vogtay Hundert pfunt*. di ſi Järleichen geben ſüllen auf ſand Marteins tag. di ſelben *Zvvay Hundert pfunt* von der *Vogtay* vnd von der *Stevver* haben wir in eingeantwurtt - vnd geſetzet. dar zü daz Gericht ze *Hengerſperg*. daz Järleichen gilt *vier vnd zvvaintzich pfunt* - dar zü di *Gävv Stevver*. in dem Gericht ze *Landävv* - ſwann di ledich wirt - von *Suveikkern von Othmaring* - da ſüllen ſi uns von widerraitten - di vor genanten pfant ſüllen ſi mit ſampt der gült - di ſi hewer - von ſand Veytes tag - vntz her von ir pfanten - ein genomen habent - ein nemen - inne haben vnd niezzen als lang, vntz ſi mit rechtem abſlag der vor genanten *Zvvazer tauſent pfunt - act hundert pfunt. Dreizzich pfunt - vnd fümf pfenning Regenſpurger pfenning*, par vnd gäntzleichen gewert - vnd verricht werdent - Swann auch ſi des vor genanten geltes - mit rechtem abſlag. gewert werdent. dannoch ſüllen ſi di vor genanten gült, daz ſint di *Zvvay hundert pfunt* - von ir läuten - von dem gericht ze *Hengerſperg* - *vier vnd zvvaintzich pfund* - vnd di *Gävv Stevver* in dem gericht ze *Ländavv* ſwaz der wirt ein gantz Jar, ein nemen, inne haben - vnd niezzen. an aller vnſer vnd aller vnſer amptläut irrung - wan wir in di lazzen. vnd gegeben haben. dar vmb

daz

daz ſi vns di gült ze *Viechtach*. als vor benant iſt. als gütleich vnd als willichleich entwichen ſint. Wir loben vnd gehaizzen in auch. bei vnſern genaden. daz wir in vmb di *Hundert pfunt*. von der *Vogtay*, ires gotshauſes. vnd ir Läut - da *graff Hans von Hals* gein vns vnd gein unſerm Sun. *Hertzog Johanſen* ettleich voderung vnd anſprach hat - ausbringen vnd ausrichten. in der mazz - daz ſi. vnd ir gotshaus von dem von *Hals* - vnd von den ſeinen an allen ſchaden beleiben. Daz in daz alſo ſtät, gantz vnd vnzerbrochen beleib. dar über ze einem vrchund geben wir in diſen brief mit vnſern Inſigeln - verſigelten. Der iſt geben zu *Lantshüt*. da man zalt von chriſtes gepürtt drevtzehen Hundert Jar. dar nach in dem Viertzigiſtem Jar. an ſand Blaſii tag.

* Pendent Sigilla gemina ſub Num. 35. a et N. 35. b.

Num. CXXXIIII. Moderatio Steurarum. An. 1340.

In nomine Domini amen. *Bernoldus* Dei gracia Abbas ſancti Michaelis in *Meten* omnibus preſentium inſpectoribus ſalutem in omnium Salvatore. que geruntur in tempore, ne labantur proceſſu temporis, poni ſolent in linquis teſtium :- viuaci ſcripture memoria perhenari. Ea propter ad noticiam deducimus uniuerſis huius littere paginam inſpecturis, *Chunradum de Serichinge*, quodam ecclesie noſtre predio in *Sintzinge* ſito. quod vvlgariter dicitur *Hube* ab ecclesia *Meten* infeodatum fuiſſe, quod nobis omni iure, quo poſſederat publice reſignauit, et nos idem predium ciui Ratiſponenſi *Heinrico Durrenbergario* iure hereditatis cum conſenſu fratrum noſtrorum contulimus tali interpoſita condicione. - - - Huius rei teſtes ſunt *ludbicus*, *fridericus*, *Chunradus*, *fratres eiusdem eccleſie*, *Perhtoldus de de oberndorf*, canonicus maioris eccleſie, *Heinricus prepoſitus inter latinos*, *Ekkebertus* frater ſuus, *liutvvinus* Judex *apud Capellam Heinricus* frater ſuus, *Chunradus de Lerichinge*. *Hervvicus monetarius*, *Fridericus* filius eius, *Fridericus filius Witmari*, *Chunradus edituus de inferiori monaſterio*, *Fridericus* ſer-

ſervus *Heinrici* prepoſiti inter latinos, *Perhtoldus. Heinricus, Rudolfus* ſerui *Ekkeberti ſumer*, *Heinricus Chiſeer*, *Chunradus* ſerui *livtovini*, *Heinricus* servus *Henrici Durrinberger*, et alii quam plures. acta ſunt hec anno Dominice incarnacionis MCCXXXVIIII. in die ſancte Priſce in maiori Eccleſia Ratiſponenſi.

Num. VI. Contractus de Decimis juxta novam Civitatem. An. 1240.

Bernoldus dei gracia *metmenſis* eccleſie abbas omnibus . . . Ad noticiam igitur uniuerſis chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris deducimus, quod nos de conſenſu capituli noſtri decimas quasdam in proſpectu quarumdam villarum ſitas, uidelicet in *ernſingen* duarum curiarum et IIII. vinearum, decimas beneficii vnius et aree, decimas in *gekkinge* curie unius et beneficii et agri vnius, decimas in *Tirnpuech* vnius Curie et agri decimas domino *gerhardo hansgrauio* civi Ratiſponenſi quoad uiuere trium perſonarum, ſui ſcilicet et Vxoris ſue *Agnetis*, nec non et filii eorundem *friderici* ad cenſum *quatuor ſolidorum longorum* de eisdem decimis ſoluendorum conceſſimus eo pacto . . . Huius rei teſtes ſunt *Wolfingus abbas ſancti Emerammi*, *Albertus Prior*, *Haimo celarius*, *Vlricus Pakchel*, *Karolus granus*, acta ſunt hec anno Domini MCCXL.

Num VII. De Aduocatia in Elſenreichdornach. An. 1252.

Ottocharus dei gracia *Dux Auſtrie et Styrie et Marchio Morauie* omnibus in perpetuum. nouerint tam preſentes quam futuri, quod nos commiſimus predia *Metmenſis* Eccleſie *Alberoni*

roni de chunringe, ut ſit defenſor et non exactor. quod ſi iniurioſus et moleſtus ceperit eſſe hominibus, damus Abbati predicte eccleſie libertatem eligendi alium defenſorem. et ut hoc ſtabile in poſterum obſeruetur, preſentem litteram conſcribi fecimus et Sigillo noſtro muniri. Datum per manus Magiſtri *Wilhelmi* notarii curie anno ab incarnacione domini MCC quinquageſimo ſecundo XIIII. Kal. Aprillis Indiccione X. in ciuitate *chremis*.

Num. VIII. Profeſſio Aduocati. An. 1252.

Nos *Albertus de Churinge* notum facimus uniuerſis, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, quod cum Deo miſerante pax terre redderetur. Dominus Dux *Ottokarus* Auſtrie commiſit nobis predia videlicet *Iſenrichsdorna* et omnia adtinencia, que pertinent ad clauſtrum, quod dicitur *Metinen* hac pactione, quod nullas exactiones faciamus in eisdem bonis et hominibus: ymmo recepto iure ſtatuto advocatie conſervemus eis omnia iura ſua. Prpterea proteſtamur, quod nec nos, nec heredes noſtri, nec alius preſentium noſtrorum iure hereditario predictam commiſſionem poſſit ſibi attrahere, ſed ſi nos ipſi, uel officiarius noſter, graues eis extiterimus, liberam habeant eleccionem alterius aduocati. Hoc confirmamus ſigilli noſtri impreſſione, et iſtorum teſtium ſubſcriptione. Dominus *Chunradus de Huſilen*, Dominus *Hadmarus de Valchenberch*, Dominus *Hadmarus de Werd*, *Heinricus de tirolf*, *Heinricus* et *Chunradus de Buchers*, *Chunradus Iſmpevtil*, *Heinricus ratiſponenſis*, *Pilgrimus de prevvinſtorf*, *Chunradus de Tienunge*, et alii quam plures. Acta ſunt hec anno Domini MCCLII. in Chremis *Alberto* abbate in Metem.

Num.

Num. IX. Conceſſio de Hubis et Beneficiis in Ottzing. An. 1253.

Albertus Dei gracia abbas in *Metem* omnibus in perpetuum amen. ne proceſſu temporis facta hominum aboleantur, cautum eſt, ut ſcripti memoria denotentur. Cum eccleſia noſtra propter diuerſas exacciones et uexationes debitorum onere eſſet grauata, nos de communi conſilio fratrum noſtrorum *luthero* ciui de *Landavve* et Vxori ſue *Diemut*, et filio ſuo *Vlrico* et tribus filiabus ſuis, quarum due dicte ſunt *Diemut* et vna *Chunigunt* contulimus ad terminum vite ipſorum huebam vnam et duo beneficia in *Ottzing* cum omnibus attinénciis ſuis receptis *XL. talentis vno minus* ſub hac forma, quod eccleſie noſtre *metmenſi* in die ſancti michaelis inde perveniant *LX. denarii*, quod ſi neglexerint eodem die perſoluere, ante natale Domini eodem anno venturam perſoluant *dimidiam libram*, quod ſi interim hic ſuperſederint,proximo anno intranti, quidquid predicta Hueba, et alia duo beneficia eis collata perſolvere debeant, in vſus eccleſie cedat illo anno. huic contractui interſuerunt fratres *ludvvicus prior*, *Hainricus prepoſitus*, *Chunradus plebanus*, *fridericus de Vttenhouen* *Hartvvicus Albero* layci et alii quam plures. Acta ſunt hec anno Domini MCCLIII.

Num. X. Conceſſio predii Haid ad Naternberg. An. 1254.

Albertus Dei gracia Abbas in *Metem* omnibus in perpetuum Amen. Nouerint tam preſentes, quam poſteri, quod nos de conſilio et conſenſu Conventus noſtri *Chunrado de pavvtzchouen* conceſſimus predium noſtrum dictum *haid* apud *naternberch*

berch

berch ad terminum trium perſonarum, ſui videlicet *Chunradi*, et *meingoti* fratris ſui, et vnius filii ipſius *Chunradi*, ita videlicet, ut in die ſancti michaelis annuatim perſoluans *X Denarios*, quod ſi non fecerint, dictum predium libere redeat in Vſus eccleſie hac etiam incepcione adiuncta, quod ſi predictus *Chunradus* pro remedio anime ſue uelit reſtituere uel reſignare noſtre eccleſie dictum predium ante tempus ſtatutum, *meingotus* frater ſuus uel tertia perſona non poſſint retractare, que nos magis ob dileccionem ſui uidelicet *Chunradi*, quam pro tribus talentis, que nobis tradidit, petitioni ſue conſenſimus. Huius rei teſtes ſunt *Ludvvicus prior*, *Hainricus prepoſitus*. *Chunradus plebanus*: laici *Evverhardus de Edramſtorf*. *Hartvvicus de erlbach*. *Sighardus de nevvnburch* et alii quam plures. Datum circa annos Domini MCCLIIII.

Num. XI. Appropriatio Beneficii Wimpozing An. 1260.

Hainricus Dei gracia *palatinus comes Rheni Dux Bavvarie* omnibus in perpetuum Amen. Geſte rei memoria labitur, ſi noticia ſcripti non roboretur. quapropter nouerit omnium induſtria, *Gerhochum honeſtum militem de fremiſperge*, nobis reſignaſſe, quitquid a nobis in beneficio tenebat in *vvimpozinge*, quod nos pro remedio anime noſtre iure proprietatis, ſicut nos adtinebat, contulimus eccleſie in *Metem*. Ne igitur talis collacio poſſit infirmari, preſentem litteram fecimus conſcribi, et ſigilli noſtri munimine roborari. Huius igitur teſtes ſunt Domnus *Perhtoldus* prepoſitus monaſterii, *Otto de ſtrubinga*, *Hainricus de Forſt*, *Schvvikerus de vviza*, *Eberhardus de edramſtorf*, et alii quam plures. Acta ſunt hec anno Domini MCCLX. VIII. Kal. Junii.

Num.

Num. XII. Sententia judicialis circa curiam quamdam in Eiſenreichdornach. Au. 1261.

Nos *Otto de Haſolovve Judex provincialis* ſcire volumus vniuerſos, quod litem, que inter venerabilem Dominum *Albertum* Abbatem monaſterii de *Metem*, et *Volſingum de Harſendorf* ſuper curia ſita in *Iſenrichsdorn* vertebatur, de communi conſenſu parcium electi pro arbitro decidimus ſub hac forma, videlicet, venerabilis dictus Abbas ipſi *volſingo denariorum ſoluat X. libras*, et uxori ſue et filiis ſuis *dimidiam libram*, que wlgo dicitur *litchovrf*: ipſe vero *volſinus* cum vxore et heredibus ſuis, quos nunc habet, et in poſterum erit habiturus, omni impeticioni, quam habebant, ſuper curia memorata ceſſerunt voluntarie. In huius rei teſtimonium et cautelam preſentem litteram noſtro, et Domini *chunradi de Zeeching conjudicis* noſtri ſigillorum munimine roborantes. Huius vero rei teſtes ſunt Dominus Raiboto de ſuhſinch, Dominus *Eberhardus de haſelovve*, milites *Dietricus de prunn*, *Bernhardus de modlico Sibotto de gunvarn*, *Hainricus ſaxo*, *chunradus filius Pernhardi de medlico vlricus de vvahovve*. . . . et ceteri quam plures. Acta ſunt hec anno Domini MCCLXI. in Modlico in die beati Fauſtini confeſſoris.

Num. XIII. Contractus hæreditarius de decimis in Stainkirchen. An. 1262.

Albertus Dei gracia Abbas in *Metem* omnibus in perpetuum Amen. --noverint tam preſentes quam futuri, quod nos de conſenſu fratrum noſtrorum *Chunrado dictoris de Perchaim* et heredibus ſuis filiis et filiabus conceſſimus decimam, que nos attinet in *Stainkirchen* videlicet duas partes Curie, que fuit Domini

Wilhelmi de *cirberch*, hac condicione interpoſita. - - Huius rei teſtes ſunt de conventu *Hartvvicus prior*, *Hainr. plebanus*, *Albero cuſtos*: layci: *Otto Poſchingarius ſenior*, *Hainr. filius ſuus*, *chunradus* et *meingotus* et alii quam plures. Acta ſunt hec anno Domini MCCLXII. Indiccione VI.

Num. XIV. Contractus de Decimis in Haidolſing. Circa annum 1281.

Ut ea, que in preſenti aguntur, ad poſterorum noticiam deuoluantur, litterarum ſolet indiciis perennari. Hinc eſt, quod nos *Hainricus* Dei gracia Abbas *metmenſis* eccleſie notum facimus uniuerſis preſens ſcriptum intuentibus, quod. - - habito ſuper hoc concilio vnanimi et aſſenſu tocius conventus noſtri dilecto nobis viro diſcreto *H. de aeſendorf* decimam noſtram in *haidolſing gaenakcher*, *vvalkenſtorf viehouen*, *Ratolſtorf*, *aeundorf*, pro tempore ſolummodo duarum perſonarum videlicet H. et *Gertrudis* cum totalibus prouentibus eiusdem decime queſitis et inquiſitis contulimus pleno jure ita, ut non exiſtentibus premiſſis duabus perſonis ad noſtram redeat eccleſiam libere licencie facultate. Ut autem hoc factum tempore ſuo ratum et inpermutabile perſeueret conſcribi decreuimus et appenſione ſigilli noſtri conuentus iuſſimus communiri.

Num. XV. Contractus de inſula in Wiſchelburch. An. 1287.

Nos *Chunradus* Dei gracia Abbas in *metem* et conventus ibidem per preſencia profitemur, quod cum *marquardus de vviſchelburch* a Domino *Hainrico Störone* anteceſſore noſtro locationem inſule ibidem in medio danubii ſite ſibi et filio ſuo

Chun-

Chunrado quoad vixerint, poſſidendam impetraſſent tali condicione nihilominus mediante, ut in feſto ſancti Michaelis eccleſie noſtre *LX denarios ratiſp. monete* tribuerent annuatim, petiit a nobis contractus huiusmodi renouacionem, cuius precibus annuentes unanimi conſenſu prefatam locationem tytulo renouacionis pacto ſtabiliuimus prelibato, ut predictos *LX. denarios* in feſto ſancti michaelis eccleſie noſtre donec ad eorum obitum ſingulis annis ſoluant, qui idem *marquardus* agros medie huebe equiualentes eccleſie noſtre vſibus comparauit. Vnde, ne quando poſſit inpoſterum ſuboriri calumpnia, preſentem paginam conſcribi fecimus, ſigillorum noſtrorum munimine roboratam. Acta ſunt hec in *Metem* anno Domini MCCLXXXVII.

Num. XVI. Contractus de curia in Pavvtzchoven. Anno 1287.

Nos *Chunradus* Dei gracia abbas in *metem* notum facimus vniuerſis preſentia inſpecturis, quod nos curiam in *pavvtzchouen*, quam nobis *fridericus de pavvtzchouen* reſignauit, matri ſue Domine elyzabeth et duobus filiis ſuis Jo: et H: et filie ſue *eufemie* contulimus in hunc modum, ut eccleſie noſtre perſoluant *X. denarios Ratiſp.* annuatim. In cuius rei teſtimonium preſentem ſibi dedimus paginam ſigilli noſtri munimine roboratam. teſtes *ſvvikerus de vorſt, Al: de Höhenrain, a: de ottzing* et alii quam plures. Acta ſunt hec in foro *vviſchelburch* anno Domini MCCLXXX. ſeptimo.

Num. XVII. Compoſitio controverſiæ. An. 1288.

Nos *Chunradus* Dei gracia abbas et conuentus in *metem* .... quod cum controuerſia quedam et diſcordia inter nos ex

una et *leupoldum de nevvnhauſen* ex parte altera ſuper quibusdam pratis et agris inferius apud *Zeidlorn* ſitis, qui *Auglent* vvlgariter appellantur, quorum ſeruicia debita et conſvveta detinuerunt, et nobis inuitis *Philippo* fratri ſuo ciui de *Strawbing* vendiderat ipſos agros .... In cuius rei teſtimonium preſentem dedimus paginam ſigillorum noſtrorum munimine et ſubnotatis teſtibus roboratam, hiis ſcilicet *Domino Poppone abbate inferioris Altach*, Domino *Chunrado Abbate ſuperioris altach*, *Al*: *Chunrado* dictis *Cellaer capellanis*, *Chunrado de meſdorf marſcalco*, *evverbino de edramſtorf*, *Petro de vorſt*, et aliis quam pluribus. Actum in eccleſia ſancti Jacobi ſtrawbinge anno Domini MCCLXXXVIII.

Num. XVIII. Contractus Vitalitius de Area quadam Ratisponæ. An. 1288.

Noverint univerſi preſentem literam inſpecturi, quod Ego *Ditricus prepoſitus dictus de avv* conceſſi ad reſignacionem dne *geiſele filie Hörnelarii*, et proborum hominum peticionem, *Perhtoldo de Strubinga*, qui nunc ipſam *Geiſel* duxiſſe dinoſcitur in Vxorem, et *heinrico avunculo ſuo*, dicto Strubingar, aream quamdam ſub domo, que fuit quondam *Fraemelini* in *Heida* ſitam, quam utique ego poſſideo ab Abbate de Metem et eiusdem Conuentu iure precario ad ipſorum duorum vitam pacifice poſſidendam, ſub hac forma, quatenus memorate due perſone, *Perhtoldus* ſcilicet, et *Heinricus* michi ſingulis annis in Vigilia, vel in die beati Emerammi pro cenſu de ipſa area *quatuordecem Solidos Denariorum Ratiſponenſium minus decem denariis* ſub iure ciuili perſoluere non omittant, ſalvo tamen .... et excepto, quod *Heinricus Straubingar*, ipſum

ipſum *Perktoldum*, qui uti que Perſona eſt primitiva, non debeat vel poterit per modum aliquem impedire, quicquid vendendo, aut in perſonas alias transferendo in morte vel in vita cum ipſa area duxerit faciendum, aut pro ſuis profectibus et beneplacitis decreuerit ordinandum. In cuius rei teſtimonium et firmitudinem effectivam placuit preſentem litteram inde confectam Sigilli Ciuium Ratiſponenſium autentico robore, meique Sigilli proprii ſignaculo communire. Sunt quoque ipſius conceſſionis teſtes *dns karolus de avv, miles. Rugerus antl ſuburbium, et Heinricus filius ſuus. Heinricus, Hermannus fratres ipſius Rugeri. Albertus Strubingar et Leubmannus piſtores. Albertus Seruus Rugeri ante Suburbium. Ditricus famulus Perktoldi Strubingar* ſupra dicti, et alii quam plures. Actum anno dni M. CC. LXXXVIII. Quarto Kalend Maij.

* Sigillum ſub N. 2. Tab. XI.

Num. XIX. Laudum. An. 1289.

Notandum quod, cum Rugerus filius Rugeri naute de vruar nos pro agro ſuper danubium ſito, qui *lenguelt* dicitur, impeteret coram Domino noſtro Duce, aſſerens dictum agrum ad ſe iure hereditario pertinere, nos eidem *rugero* juſſu Domini noſtri O. ducis diem peremptorium in domo noſtra prefiximus coram nobis. pervenientibus multis viris nobilibus per iuſtitiam obtinuimus ſententialiter dictum agrum. predictus vero Rugerus putans ſibi fieri iniuriam ad Dominum noſtrum Ducem denuo appellauit. nobiles ergo, qui aderant monitis ſuis et conſiliis nobis inſtabant in tantum, quod aſſumptis quatuor ex eis, qui nobis ad hoc ydonei videbantur, ipſis litem huiusmodi commiſimus decidendam, ſed - - - tandem in *Hein-*

ricum de mos Judicem *in Tekkendorf* ſolum compromiſſum voluntarie vtrobique. - - - Actum in domo hoſpitum noſtri monaſterii anno Domini MCCLXXXIX. In preſentia honeſtorum virorum *tyrolf militis*, Vlrici de *otmaring*, *vlrici ekkaer*, *petri de vorſt*, et *Vlrici de Swartzach*.

Num. XX. Contractus de quibusdam pratis prope Roteneck. Anno 1289.

Nos *Chunradus* dei gracia abbas in *metem* et conuentus ibidem preſentibus proteſtamur, quod nos diſcretis viris *marchardo* et *Philippo* fratri ſuo dictis *gneuzz* duo tagwerch prati, quod eſt ſitum ſub caſtro *rotenekk* iuxta fluuium dictum rotel contulimus. - - - Acta ſunt hec in *aſchack* in foro anno Domini MCCLXXXIX. in die ſancti cholomanni mart.

Num. XXI. Notitia de bonis in Aſchach locatis. Anno 1291.

Sciendum, quod *leupoldus de aſchach* habuit ab eccleſia noſtra quoddam beneficium ibidem, in quo habebat jus hereditarium, quod vendidit cuidam, qui vocatur *Hainricus churzenchirchaer*, nosque *Chunradus* abbas idem beneficium in manus *Hainrici* mutarii ex precepto noſtro vice noſtri reſignandum recepta *dimidia libra denariorum ratiſp.* ſubſimili iure predicto hainrico contulimus ſub hac forma, ut eccleſie noſtre in feſto ſancti Michaelis ſoluat annuatim V. *ſolidos nouorum denariorum wiennenſium*, et *quatuor metetas tritici*. Actum in *metem* anno Domini MCCXCI.

Num.

Num. XXII. Memorabile Dotalitium Filiæ Principis. Anno 1291.

Nos *Otto* Dei gracia *palatinus comes reni dux bawarie* preſentibus profitemur quod *Petriſſam, filiam ſemftine* (forte *fauſtine*) *ciuis noſtre de Stravvinga*, quam eadem ex quondam Kariſſimo patre noſtro olim ſuſcepit, *ſeruitori noſtro Ottoni de Ottzing fratri aeſendorffarii* diſpenſauimus (deſponſauimus) ſtatim tranſducendam in domum ſuam ad matrimonium conſummandum cum eadem, poſtquam ad debitam peruenerit pubertatem. et ut idem *Otto* cum predicta *petriſſa* taliter deſponſata poſſit commodius onera matrimonii ſupportare, de ſpeciali Kariſſimorum fratrum noſtrorum *Ludowvici* et *Stephani* conſenſu jus aduocacie nobis competens in curia *pachhavvſarii* ſpectante ad monaſterium in *metem* cum ſuis adaduencionibus ſeu prouentibus XV. metretarum tritici XV. obulorum videlicet ſibi deputauimus et aſſignauimus *dotalicii nomine* per hunc modum, quod prefatum ius aduocatie conſtante matrimonio tenere debeat et pacifice poſſidere: et ſi heredes inter ſe habuerint, illi ſuccedere debeant in eodem. ſi vero matrimonio conſummato predicta *petriſſa* vxor ſua absque heredibus prior decederet ex hac vita, idem *Otto* maritus eiusdem prenotatam aduocaciam cum ſuis iuribus et prouentibus nihilominus pacifice, poſſidebit pro tempore uite ſue per fauorem noſtre gracie ſpecialiter ita, quod eo decedente juxta modum expreſſum predicta aduocaciu cum omni iure ſuo ad nos Kariſſimos fratres noſtros libere reuerteretur. adiecimus eciam ſupradictis, quod ſepe dictus, quo de gracie noſtre fauoribus poſſit uberius gratulari, tam in Steuris quam in Hervvergis et aliis preſtacionibus quibuscunque debeat modis omnibus ſupportari

portari et quod ad easdem nullatenus teneatur, prout in ſuperioribus eſt expreſſum. in quorum omnium euidens teſtimonium atque robur preſens inſtrumentum ei dedimus ſigilli noſtri robore communitum. datum et actum anno Domini MCCXCI in vigilia beatorum apoſtolorum Symonis et Jude.

Num. XXIII. Dotatio cuiusdam Capellæ. An. 1291.

Notum ſit omnibus preſentes litteras inſpecturis, quod ego *Ditricus de vorſt* dedi monaſterio ſancti Michaelis in metem in remedium anime mee pro conſtructione ac dote cuiusdam capelle in atrio eiusdem eccleſie ſite, et in honore ſancti Andree apoſtoli conſecrate curiam quamdam cum area in *Wiſchelburch* ad me pertinentem proprietatis tytulo. ---- Actum in *metem* in capella ſancti Andree apoſtoli anno Domini MCC. nonageſimo primo VI. feria poſt feſtum beati Jacobi apoſtoli. teſtes huius rei ſunt *Leupoldus de Altach*, *Heinricus cuſtos*, *Leupoldus et Symon monachi et ſacerdotes*, *Dominus ebo plebanus in Poſching*, *Vlricus ſubdyaconus Albertus de ernoldesvelden*, *Ebo filius eius*, *Wolfkerus de Harthaim*, *Hainricus Cigelmaiſter*, *Reinkerus* Stölt. *Wernhardus piſtor*, *Erhardus et Symon*.

Num. XXIV. Contractus de Decimis montanis verſus teckendorf. An. 1292.

Chunradus Dei gratia abbas in *metem* omnibus preſencia inſpecturis tam preſentibus quam futuris innoteſcat quod nos apud *Dietricum de nevonhauſen* de bona voluntate fratris ſui *Hainrici* comparauimus duas partes decimarum in montibus noſtris verſus *tekkendorf* pro *IIII. libris, et dimidia*, quas

ipſe

ipſe pro reſeruacione noſtre eccleſie contulit *Hainrico laterator*, *Hainrico carnifici Dietrico de Vtling*, *meinhardo de Ottzing et vuernhardo piſtori* noſtro promittens, ut ſi quando Dominum ſuum, a quo ipſe dictas decimas habet in feodo, in terram noſtram venire contigerit, ſine contradiccione qualibet ei reſignabit, et nos apud eundem procurare tenemur vt autem nobis circa *Dominum de Hals* reſignet, aut predictis ſeruitoribus noſtris conferat ſub condicione, ut ſuperius eſt expreſſum in emptione earundem decimarum, Dietricus et Petrus de Vorſt nos proponebant impedire, aſſererentes, quod collacio mortuo *Domino Dietrico* ad ipſos pertineat; ſed cum ipſis deuocionem noſtram, qua lumini cottidiano ad altare ſancti Michaelis jam eſſent deputate, declaraſſemus, ipſi tanquam viri deuoti, et noſtram eccleſiam tenere diligentes, propter Deum et noſtras preces ius, ſi quod habere videbantur, plenarie recuſabant. actum in domo Abbatis in die ſancti Vrbani pape anno Domini MCCXC ſecundo.

Num. XXV. Immunitas ſteurarum ad triennium An. 1293.

Nos *Otto* Dei gracia *palatinus Comes Reni Dux Bavvarie* tenore preſentium profitemur, quod intendentes grauibus defectibus, quos *metmenſis* eccleſia, proh dolor in ſuis hominibus atque bonis ex diuerſis rapinis et incendiis eſt perpeſſa, ſuccurrere, quo comodius ad pinquiorem fortunam valeat peruenire, et in ſuis incultis et deſolatis prediis reformari, dilectis nobis venerabili Abbati et conuentui eiusdem eccleſie de Kariſſimorum fratrum noſtrorum *ludvvici* et *ſtephani* expreſſo beneplacito atque voto de noſtre liberalitatis munificentia hanc

fecimus graciam ſpecialem, ut a tranſacto feſto ſancti Jacobi apoſtoli per tres annos continuos ab omni preſtacione ſteurarum, herbergarum, et ab omni iure et aduocaticio fore liberi debeant et immunes. in rei teſtimonium preſentem litteram ſibi dedimus noſtri maioris ſigilli robore communitam. datum apud *Ratiſponam* MCCXCIII. in octaua Aſſumpcionis Virginis glorioſe.

Num. XXVI. Venditio Juris Advocatiæ cum Pacto Relictionis. An. 1295.

Nos *Otto*, *Ludvvicus* et *Stephanus* dei gracia *palatini Comites reni Duces Bavvarie* notum facimus vniuerſis in perpetuum preſencia inſpecturis, quod cum ad diſtrahendum aliqua de bonis noſtris nos debita perurgerent, que ex acceſſionibus grauiter augebantur, illos elegimus iure contractus, per quos ſerui Dei a ſuis abſoluentur oneribus, uel alias eorum utilitas procuratur. Igitur cum progenitores noſtri et nos de iure aduocacie monaſterii ſancti Michaelis in *metem* XI ſcaffas tritici recipere conſueuerimus, illis VIII. modiis dumtaxat exceptis, qui prius fuerant a luchouario pignore obligati, nos memiſſionem predictarum XI. ſcaffarum et IX. ſolidorum et XVI. denariorum, qui ſimiliter de aduocacis dabantur, item piſcarias noſtras monaſterio adiacentes Swarzach ſcilicet per totum decurſum illius aque cum agris, pratis et paſcuis, et generaliter omnibus piſcariarum attinencis eiusdem eccleſie in omni iure et libertate, quibus nos hactenus vſi ſumus *LX talentorum ratiſponenſium denariorum* precio vendidimus et tradimus empcionis tytulo poſſidenda, de qua pecunia Dominus Chunradus venerabilis Abbas huius loci creditores noſtros ex noſtra delegacione

gacione ſine mandato ratiſpone ſtatim integraliter expediuit, nosque piſcariam ipſam ab heredibus quondam *Dietrici de Vorſt*, ac Vxore ipſius, quibus antea fuerat pro *octo libris* pignori obligata, libere abſoluemus, et abſolutam predicto Domino abbati tenebimur aſſignare. Ad hec quia monaſterium illud plus diuini habet amoris quam rerum temporalium, ideo eſt benigne adiectum, ut durante illo contractu, hoc eſt, usque ad plenam reempcionem nihil de ipſo Monaſterio, prediis aut colonis eius pro iure aduocacie, ſteuris, pernoctacionibus, curruum eueccionibus quibuscunque poſtulabimus nec ſinemus in bonis et hominibus eiusdem eccleſie pro nobis inpignoraciones aliquas exercri, pro eius defenſione ſolum diuine renumeracionis precium exſpectantes. Et quia propter varios defectus ſterilitatis, grandinis et incendii ipſi monaſterio per diu ante iſtum contractum omnium preſtacionum indulta fuit remiſſio, quocunque nomine ceſeantur, ſi infra tempus libertatis indultum contractus initus reſcindetur, monaſterium tamen predictum gaudebit ad tempus indultum plena remiſſionis gracia ſupra declarata. Quia etiam amor et fauor loci illius non illicit ad beneſaciendum, idem promittimus, et ſincere nos obligamus, quia reempcionem clam uel palam in nullam aliam perſonam transferemus. cum licet in contractu expreſſe dictum fuerit, ut predicta poſſimus reemere reddita conſimili pecunie quantitate; ſi tamen aliquis plus offerendo condicionem noſtram facere voluerit meliorem, nos ante omnia ſuper hoc Dominum abbatem loci predicti, qui pro tempore fuerit, requiremus, qui ſe deliberacione per duos menſes habita dare voluerit oblatam precii quantitatem, nullus alter ad contractum contrarium admittetur, quia beneficiis nos oportet non decipi, ſed juuari. Et ut predicta robur habeant debite firmitatis, totam

aduocatiam ſepe nominati monaſterii de *metem* tam in rebus quam hominibus cum omni iure, quod nobis usque ad hec tempora competiit in eisdem, in manus uenerabilis patris Domini *Heinrici ratiſpon.* *Epiſcopi* collocauimus et depoſuimus, ita ut pactis ſeruatis retineamus eandem, ſed eis neglectis idem epiſcopus ad manus ſuas ipſam retinens, de ea indempnitatem metmenſis eccleſie iuxta ſuam prudenciam ordinabit, ſaluis nobis in cenſu reempcionis facte per nos, uel per ſucceſſores noſtros aduocacie iuribus ſupradictis: ipſo uero Domino epiſcopo ſublato de medio, ad ſucceſſorem illius talis retencio deuoluitur. Quibus tamen ad maiorem ſinceritatem eſt ex communi conſenſu et expreſſa conuencione appoſitum, quod ſi ad diuiſionem rerum hereditariam proceſſerimus, in cuius partem metmenſe monaſterium ceſſerit, tam depoſicionem, quam transaccionem de aduocacia faciendam pactis interpoſitis non ſeruatam, generaliter omnis condiciones.

Num. XXVII. Contractus de Area Ratiſponæ. An. 1295.

Nos *chunradus* dei gracia abbas eccleſie ſancti michaelis in *metem* et conuentus eiusdem vniuerſis preſentem paginam viſuris et audituris volumus et cupimus eſſe notum, quod conceſſimus ad inſtanciam et peticionem Domini *chunradi Gimperti* ciuis ratisſponenſis aream quandam ſitam in domo ipſius *chunradi Gimperti*, in qua fons eſt ſitus, ad eccleſiam noſtram pertinentem *Irengardi* vxori ſue, *Gumperto* et *Baltrano* eorum filiis - - - teſtes *Rugerus de Hichperg* Sacerdos, *H. de Schönſtain*, *Vlricus ſallarius*. actum anno Domini MCCXCV. aſcenſionis Domini.

Num.

Num. XXVIII. Notitia teſtium im Emptione Curiæ in Nidernror. An. 1297.

Teſtes ſubſcripti interfuerunt emptioni curie *Swiker* in Ror *fridericus antiquus equulus. Fridericus de Walting. Jacobus et chunradus Woltferchouer. Leupoldus de Vttenchouen. Hainricus laterator de metem. Symon de hordorf. poppo et Otto de metem.* teſtes tradicionis per manum Domini Ducis ſunt Dominus *Werherus abbas de Altach inferiori*, *Alhardus Chunringer*, *Hainricus de pilſting*, *Hainricus rudekker*, fratres *Alchacus wwerbinus de ſumerſtorf. Symon de metem. Dietmarus perchaimer*, que traditio facta eſt apud *patauiam* anno Domini MCCXCVII. feria tertia poſt ſcholaſtice virginis.

Num. XXIX. Vitalitium An. 1297.

Nos *Vlricrs* dei permiſſione abbas in *metem* notum facimus omnibus preſencia inſpecturis, quod de conſenſu noſtri couuentus ad inſtanciam et propter obſequia *Hainrici aeſendorffarii* fidelis noſtri, filio ſuo *Alberto* conceſſimus unum beneficium in *Hainrichsdorf* pro uite ſue tempore poſſidendum - - - - datum et actum anno Domini MCCXCVII. in craſtino aſſumpcionis beate Virginis.

Num. XXX. Vitalitium. An. 1298.

Nos *Vlricus* dei permiſſione abbas in *metem* totusque conuentus ibidem per preſentes litteras permittimus honorabili viro Domino *Rudolfo filio Hainrici quondam juvenis hoſpitis*, Sacerdoti, et Domine *Mathildi* matri eius pro tempore vite ipſorum. - - - - - ſunt autem hic teſtes *meinhardus de Ottzing*

Hainricus de aeſendorf, *Hainricus tzieglmaiſter*, *ſymon et popo de metem. kainricus granator et leupoldus fratres ipſius plebani*, et alii fide digni. Datum anno Domini MCCXCVIII. IX. Kal. marcii.

Num. XXXI. Contractus de bonis in Aſchach. Anno 1298.

Wernherus de aſach et uxor ſua *Alhaidis* obligauerunt per manum noſtram *friderico genero quondam Hainrici mutarii* agrum ſitum poſt pomerium *hartvvici* pro *XII ſolidis antiquorum vviennenſium*, de quo, quamdiu redemptus non fuerit, ſoluet *fridericus* nobis annis ſingulis *VI denarios* in feſto ſancti michahelis. Actum circa annos Domini milleſimum CCXCVIII.

Num. XXXII. Contractus de agris et pratis quibusdam. Circa annum. 1298.

Nos *Vlricus* dei gracia abbas in *metem* emimus a *Wernhardo de ratolſdorf* agrum habentem XX piuang ſitum ibidem, et duo tagvverch prati ſita in *laichling* in preſencia teſtium ſubſcriptorum, qui ſunt Dominus *ruedolfus plebanus*, Dominus *fridericus de paeutzchouen*, *hugo de Vttenchouen*. *Rugerus puzel*, *chunradus piſcator de vviſcheburch*, *hainricus laterator*, *poppo et otto* famuli Domini abbatis.

Num. XXXIII. Conceſſio Prædii circa annum 1298.

Notandum, quod Dominus *Ruedolfus*, ſacerdos natus *de perg* donauit nobis predium in *ratolsdorf* in remedium ſororis *Haitvvigis*.

Num.

Num. XXXIV. Donatio Agrorum in Weichs. Circa annum 1298.

Notum ſit vniuerſis. quod *timo* dictus *diues de Weichs* dedit eccleſie noſtre in *metem* duos agros ibidem ſitos ; eccleſie vero in *Weichs* dedit aream ſuam, quam ibi habuit.

Num. XXXV. Legatum agri pro Anniverſario. Anno. 1298.

Nos *philippus et hainricus fratres* quondam *leupoldi de nevvhauſen* ob remedium animarum noſtrarum et prefati fratris noſtri ac parentum noſtrorum damus unum agrum infirmarie monaſterii ſancti michahelis in *metem*, ea condicione, ut vigilie pro predictis animabus celebrentur in die S. thome et in craſtino miſſa defunctorum, et ipſis fratribus ſingulis annis in refectorio pro *XXX. denariis* dabitur pietancia illo die

Num. XXXVI. Conceſſio Dominii directi. Anno 1299.

Notandum, quod *perchtoldus*, *chunradus* et *ortolfus Waltingar* donauerunt nomine ſuo et heredum ſuorum ſuper altare ſancti michahelis omne *ius* eis competens in bonis, que habuit ab eis in feodo juuenis hoſpes *de perg* ſitis in Helfcham. teſtes *ekkaer*, *hainricus granator*, et alii quam plures. Actum in ſtuba magna ſub annos Domini MCCXCIX. feria quinta ebdomade paſcalis.

Num. XXXVII. Emptio Agrorum in Schvvarzach. Anno 1299.

Anno Domini MCCXCIX. feria VI. poſt godehardi emimus agros et pratum in *Schvvarzach* ſita, et habuerunt Hainricus et Alhaidis vxor ſua de *obernvverd* iure hereditatis. teſtes Dominus *petrus de vorſt. Rnedolfus* et *Otto de Zeidlora* et plures de *hoehenrain*. Actum in ſtupula noſtra.

Num. XXXVIII. Venditio cum Pacto retrovenditionis. Anno 1298.

Nos *Vlricus* Dei gracia abbas in *metem* totusque Conuentus ibidem tenore preſentium profitemur, quod *XIIII. ſolidos denariorum ratiſponenſium minus X. denariis* prouenientibus nobis annuatim de quadam domo et areis in ciuitate ratiſponenſi ſitis, urgente neceſſitate et onere debitorum, vendidimus honeſtis et diſcretis viris Dominis *Vlrico et Ottoni fratribus dictis vvollaer in aechirchſtrazz* ratiſpone *pro X et IX libris denariorum ratiſponenſium*, que ſtatim ad maius dampnum et periculum euadendum expenſe ſunt in noſtris debitis perſoluendis. predicti autem denarii ipſis dabuntur de domo et areis infra ſcriptis, videlicet de domo et area *Hoerndlarii* in haida *VI ſolidi* minus X denariis, illa libra ad preſens excepta, de cuius vendicione ſeperatim in alio priuilegio continetur, quam eis ante vendidimus, retenta nobis reemendi plenaria poteſtate. Item *perchtoldus Ingelſtater* de areis in *haida* contiguis prefato *hoerndlario dimidiam libram et X denarios*. *Chunradus uero comperti monetarii XXX denarios* de area ſua in ſua pomerio relicta. Dominus H. *de avv* de area prope teſtudinem

XXX

XXX denarios. *Albertus in foro* de area in *engelpolt ſtrazze XXX denarios.* *Chunradus* quondam frater *perchte puechuelderinnę* dè area an det vver *XX denarios*, aut ſucceſſores arearum ſiue Domus memoratarum prefatis Dominis *Wollaeriis* noſtro nomine durante Contractu ſoluere non recuſent. Talis autem Condicio in predicta vendicione eſt adiecta, quod habemus reemendi prefatos denarios, quandocunque potuerimus, facultatem pro memorata ſumma pecunie nobis date ita videlicet, quod *tales demus eis denarios, quorum IX ſolidi et X denarii valeant vnam marcam puri argenti, ſicut contractus tempore ualuerunt.* adiectum eſt eciam, quod ſi predicti denarii eis non fuerint in vigilia vel in die beati emmerammi ſoluti, pena, que nobis competeret, durante contractu competat ſecundum conſuetudinem iuris ciuitatis, ab areis ſupra dictis. inſertum eſt quoque condicioni, quod prelibatos denarios nos uel ſucceſſores noſtri dare debemus et tenemur hiis, quibus pretaxati Domini *Vlricus et Otto Wollaerii* teſtati fuerint, ſi eos, quod abſit, ante reempcionem cenſus ſupradicti contigerit ex hac vita. Actum circa annos Domini MCCXC nonum (*)

Bbb Num-

(*) Nemine etiam monente advertet et Lector valorem *Solidi*, *Libræ*, et *Marcæ* puri argenti, tempore huius contractus ad Denarios ratiſpon. comparatum. Scilicet, ſolidus *longus* dictus, conſtabat 30. denar. Octo ſolidi faciebant Libram, ſeu 240. Denar. ratiſpon. et, quod conſequens eſt, una Marca puri Argenti, 9. Solidos & 10. Denar. complexa, conſtabat 280. Denariis ratiſpon. porro e Tomo IV. noſtrorum Monument. pag. 474. lin. 1. novimus, quod Anno 1354. pro una Marca argenti, titulo ſubſidii charitativi, Epiſcopo pendi debuerint *duo Talenta* Denar. Wienneuſ. Unde coligi datur, Mar-

Num. XXXIX. Immunitas Telonii ad Trienium. Anno 1301.

Nos *Otto* Dei gracia *palatinus Comes reni Dux bavvarie* conſtare volumus uniuerſis, quod deſiderantes piis anteceſſorum noſtrorum ac progenitorum veſtigiis inherere, qui *metmenſe* monaſterium *fundatum a glorioſo imperatore Karulo magno* in honore ſ. michahelis archangeli, et dotatum manutenerunt, ac eciam defenſarunt, et uergens ad inopiam curauerunt diuerſis modis et largicionibus, ſuſtentante ſic Domino, quia Cultus Dei et Diſciplina regularis noſtris temporibus ibi conualuiſſe dicitur, proponimus benigne proſequi gracia et fauore, ne tempore noſtri Dominii eciam ſub diuerſis peſtilenciarum et aliorum defectuum preſſuris et oneribus corruat uel labatur. Igitur de Kariſſimi fratris noſtri *Stephani* beneplacito et conſenſu hanc prefato monaſterio graciam fecimus ſpecialem, videlicet, quod per tres annos, uel tamdiu amplius, donec *LX. Libras denariorum ratisponenſium* per claram racionem

Marcam binis Talentis, et unum Talentum 140. Denariis fuiſſe æqualem. At enim Rei noſtræ monetariæ valor pro tempore et loco admodum erat diverſus, et non niſi difficillime determinatur. Exemplum ſubpeditat computus monetarius monacenſis circa finem ſeculi XIII aut initium XIV. apud Dominum *Obermayr* in *Hiſtoriſchen Nachrichten von bayeriſchen Münzen.* pag. 299. ubi úna Marca emebatur pro una Libra minus 10. Denar. hoc eſt, pro 230. Den. monac. Itaque tunc una Libra 10. Denariis Marcam ſuperabat; cum tamen tempore huius contractus, Ratisponæ initi, Marca puri Argenti ſuperaret Libram 40. Denariis ratiſpon. Sed non raro occurret Occaſio quædam adnotandi, unde Rei monetariæ Lux, qua indiget, poterit affundi.

nem noſtris officialibus, ſeu mutariis faciendam recuperet, in quibus et multiplici pignoraçione dampnificatum exiſtit traducere valeat permutas noſtras in *Purchuſa* et *ſchoerding tria talenta maioris ligaminis et XII. minoris ſalium* ſemel in anno poſt feſtum beati Joannis baptiſte dumtaxat, quando voluerint absque exaccione cuiuslibet thelonii atque mute ita, quod occaſione premiſſorum nihil ab ipſo monaſterio uel eius procuratoribus exigatur. in quorum euidentiam atque robur ab hodierna die usque ad receptionem LX. librarum monaſterio duraturum preſentes litteras dedimus ſigilli noſtri munimine roboratas. Datum anno Domini MCCC primo, in die beati mathie apoſtoli,

Num. XL. Emptio Agri. An. 1301.

Anno Domini MCCC. primo ſeria III. ante Gregorii pape *Reſcho* vendidit nobis XII. piuang agri ſui in *Uruar*, quem habet a nobis iure hereditario, ut fatetur, pro *vna libra Denariorum ratiſponenſium*. - - - Teſtes de agro Dominus *Petrus de vorſt*. - - - H. *chunradus et Otto de vruar*. teſtes de area *chunradus de Otto* predicti, et *Dietricus magiſter* eccleſie noſtre.

Num. XLI. Vitalitium. An. 1302.

Wir *Vlrich* abbt von gotes genaden, vnd aller der conuente des gotzhauſs ſanct michels datz *metem* tuen chunt .. datz wir durch di lieb vnd durch di frewntſchaft herrn *Albrechts des tzollnaers an der haide ze regenſburch* aine vnſerr hofſtat - - - die vor von vns *Albrech* vnd *chuengunt ſein ſvveſter herrn Ludvveigs des chrutzzers enikchl* zu irn zwain leiben gehabt haben - - - mit gemainen rat vnd gueter gunſt

verlihen frawn *Alhaiden* dez vorgenanten herrn *Albrecht dez tzollnaers hauſſravvn* vnd irn zwain ſün *chunrad vnd Eben* - - - des ſind tzeugen abbt *Vlreich von prüfling, Chunrad von obern-altach*, herr *chunrad der Zellaer von metem*, herr *Vlreich der Schirlingaer von prüfling*. daz iſt geſchehen da von chriſti ge-purtt würden drewtzehenhundert iar vnd darnach in dem an-dern iar an ſand valerians tage.

Num. XLII. Notitia de empta dimidia curia in Uttenchoven. An. 1302.

Notandum, quod anno Domini M CCC ſecundo in die ſancti georii perſoluimus cum cum auxilio diſcreti Viri *chunra-di ſcholaſtici* noſtri dimidiam curiam in *vttenchouen* continentem XXXIIII. iugera cum agris - - - cum ortis et areis ſufficientibus tribus manſionariis ſeu ſeldenariis. - - - - predicta autem bo-na emimus infirmarie noſtre pro XVIII. libris ab *Vlrico*, *qui dicitur Svvenus prepoſitus Domini marchardi de alnchouen* - - - teſtes *Vlricus et Chunradus filii ſororis prefati Vlrici*, *et chöz-zlinus et laterator et chäppfenpergarius*, *toedlindus ciuis de tekkendorf. fr. hainricus celerarius noſter*. proprietatem vero agrorum predictorum donauit nobis Dominus *Otto inclitus Dux vvabarie*. teſtes Dominus *marchardus*, Dominus *evverbinus de edramſtorf*. proprietatem quoque reſidue curie donavit nobis Dominus *de Hals*.. teſtes prefatus Dominus *evverbinus*.

Num. XLIII. Notitia de Redemptione Hubæ in Sibenchouen. An. 1303.

Eodem anno et die perſoluimus auxiliante Domino Ruegero vice plebano maioris parochie ratiſpone huebam quandam

ſitam

ſitam in *Sibenchouen*, quam emimus pro XXII. libris a *milolda Upſchouarie*, que continet XXIX. iugera agrorum, et duo tagwerch prati, et ortum ad dimidiam iugeri, ſoluitque tres ſcaffas ſiliginis, tres auene ſtrawbingenſis menſure, et XXXII. denarios pro carnibus XXIII. caſeos, Cova, IIII. anſeres, VIII. pullos, cuius proprietatem uel ius, quod dicitur vulgariter: *Sal. Chunradus rothaimarius* reſignauit noſtro monaſterio in preſencia Domini *evverbini de edramſtorf.*

Num. XLIV. Arbitrium de Decimis in Subershaim. An. 1304.

Nos *Ulricus* dei gracia abbas in *metem* et conuentus ibidem notum facimus omnibus preſencia inſpecturis, quod cum nos pro quadam noſtra decima in Subershaim in dioceſi *eyſtetenſi Vlricum* et *hainricum* fratres dictos *fluechen* inpetremus in foro eccleſie eiſtetenſis, ipſi uero Dominum ſeu feodi N. *holtzingerium* in iudicio nominarent, et ille citatus legitime nullatenus compareret, Judicesque nobis et noſtre eccleſie eandem decimam adiudicarent, nos ad arbitrium uel compoſicionem amicabilem diſcretorum virorum Domini *marchardi de Hageln* canonici eyſtetenſis ac Domini *vvernhardi rectoris parochie in Jackshouen* prefatos *Vlricum et hainricum* infeodauimus de decima ante dicta. - - - datum anno Domini M CCC IIII. in die beati Andree apoſtoli.

Num. XLV. Anno 1304.

Poſtea anno M CCC IIII. nos *Vlricus* abbas et conuentus conceſſimus predictis perſonis *Vlrico et hainrico* agrum ſitum in *gaden pro XV. denariis*. - - - teſtes *godfridus* prior, *chun-*

radus cellerarius, *Vlricus et Albertus* fratres noſtri, *Hainricus aeſſendorffaer*, *Otto pachauſaer* et alii quam plures.

Num. XLVI. Immunitas Steurarum. An. 1304.

Nos *Otto* et *Stephanus* dei gracia *palatini comites Reni duces Babarie* tenore preſencium profitemur, quod cum *Evverbinus de edramſtorf vicedominus de Straubinga* motus ſpiritu pietatis curiam in *ſuperiori Ror* iuxta Naternberch in perpetuum remedium *gebolfi* quondam filii ſui pie memorie, atque ſuum donaſſet monaſterio ſancti michahelis in *metem* ratisponenſis Dioceſeos ſuis vſibus perpetuo poſſidendam, nos Domino Vlrico venerabili abbati, et conuentui eiusdem monaſterii ſuisque ſucceſſoribus ad ipſius Ebervvini peticionem hanc fecimus graciam ſpecialem, quod colonum, quem ipſi in eadem curia locauerint, dummodo idem colonus ſit media perſona, et in rebus mediocriter ſe habeat, ab omni preſtacione ſtevrarum dicimis liberum et abſolutum. ſi uero idem colonus in eadem per eos locatus curia non videatur noſtris proceſſu temporis conſideracionibus forſitan expedire, tunc ipſi eundem mutare, et alium ſibi in eadem curia ſubſtituere ad noſtrum beneplacitum tenebuntur: et idem debet conſimili gracia perfrui, quamdiu in eadem curia ſteterit et gaudere. et graciam illam volumus colono, qui in eadem curia locutus fuerit, ſaluam perpetuo permanere. In cuius rei teſtimonium preſentes ſibi dedimus litteras noſtri ſigilli robore communitas. Datum apud *Ratiſpone* Anno Domini milleſsimo, tricenteſsimo quarto. In die beati felicis pape et martiris.

Num.

Num. XLVII. An. 1305.

Nos *Vlricus* dei gracia abbas in *metem* notum facimus vniuerſis quod accedentibus ad nos *chunrado* et *hainrico* dictis *tatenhaimer* contulimus - - - - ſimili modo fratribus eorum *evverhardo* et *perchtoldo* - - - volentes eos omnes et ſingulos eccleſie noſtre et nobis fidelitatis debito alligare, et ut noſtra iura eorum laborem et induſtriam refloreſcant, promittimus inducti conſilio diſcretorum virorum, quod ſiqua bona vel iura, quorum nobis cenſus ſoluitur, explorabunt, eis conferemus deſeruienda eccleſie noſtre ſub rationabili penſione - - - teſtes ſunt Dominus *Vlricus de Hauſen*, Dominus *chunradus grapf*, *vvernherus Smeltzer*, *vlricus chaltenmargen*. *Vlricus ſubdiaconus*, H. *Eiſtrel*, et alii quam plures. Datum anno Domini M CCCV. In die S. Gregorii pape.

Num. XLVIII. Anno 1305.

Nos *Vlricus* dei gracia abbas in *metem* notum facimus vniuerſis. - - - - teſtes Dominus *Ruegerus miles de erlungshouen*, *Vlricus officialis*, *vvernherus ſmelzer*, *gotfridus* et alii quam plures. datum anno Domini milleſimo CCC V. In die S. Gregorii pape.

Num. XLIX. Præſtatio pro Decimis. An. 1305.

Nos *Vlricus et Rugerus de erlungshouen* per preſentes litteras pro nobis et noſtris liberis profitemur, quod de decimis duarum curiarum domini *Ottonis Ducis vvabarie* ſitarum in in *erlungshouen* adtinentibus monaſterio *metmenſi* ſingulis annis in feſto S. michahelis perſoluemus eidem monaſterio nunciis eius

LX. hallenſes - - - preſenti autem anno pena jam dicta in feſto S. michahelis ſoluemus *duas libras hallenſium* certo nuncio monaſterii memorati pro quibusdam protextis penſionibus non ſolutis. in cuius rei robur et euidenciam preſentes litteras, cum ſigillum proprium non habeamus, ad preſens ſigillo ciuitatis *vveiszenburgenſis* tradimus ſigillatas. datum anno Domini MCCCV. gregorii pape.

Num. L. De Domo quadam Ratisponæ. an. 1309.

Ego *göttfridus Gebelſpekchus* vna cum vxore mea *euſemia* profiteor per preſentes, quod domum meam, quam propriis ſumptibus edificaui ſitam ſuper areis *inferioris monaſterii ratiſpone* una cum pomario uerſus danubium dedi cum omni iure, quo eam tenui, et poſſedi monaſterio in *metem* - - - in cuius rei euidenciam preſentem litteram ſigillo reuerendi patris et Domini mei *chunradi ratiſp. eccleſie epiſcopi* atque meo *metmenſi* monaſterio tribui roboratam. acta ſunt hec *ratiſpone* anno Domini MCCCIX. in die ſa - - Ambroſii.

Num. LI. Teſtamentum. Anno 1310.

Das iſt dez *Aeſſendorffaer* geſchäft, das er ſchuef an ſeinen letzten zeiten. - - er hat auch mer geſchaft ſeinem chinden *Albrechten* vnd *lieblein vnd hainreich* XLV. pfunt - - - - er hat auch ſunderlich geſchaft ſeinem ſun *Albrechten* daz gehai zu *Aſendorf*, vnd hat im daz pey im lebentigen mit herren hand gewunnen. er hat auch im geſchaft ein chlaines lehen, das hat er von *herrn Albrechten dem alten vitztum ze ſtravvbing vnd ſeinem prueder herrn Karl von Rain*, daz hat er empfangen vor drin iarn - - - - dazu hat er im auch mer geſchaft ein

iunges roz vnd zwai pfaerd vnd ſeinen *harnaſch* - - - er hat auch geſchaft ein halbe hueb datz *äſendorf*, ſwaz di gilt, vnd ein halbes ſchaf chorns gült von einer ſelden, datz da von ſein *prueder Ott* ſeinem iartag bege - - - actum anno Domini MCCCX.

Num. LII. Anno 1312.

Ich H. *von Levvbolſing* vergih vnd tun chund. - - - - vnd ze einem vrchuud diſen gegenvvärtigen brief verſigelten mit meinem inſigel, vnd mit meines *ſvvager* inſigel herren *perchtoldes von ſtainberchk*, vnd meines *ſvvager inſigel peter von forſt.* vnd des ſind zewgen *Herr Albrecht von Hœnzing, Heinrich der pevverſtorfaer, vlrich der haerinch, philipp der forſter* vnd ander Zeug, di bei diſer - - - gevveſen ſind. das iſt geſchehen datz *Wintzer*, da von chriſt puert vvas tavvſent iar vnd drèvv hundert iar, vnd darnach in dem zwelften iar des nachſten ſuntag vor ſand veites tag.

Num. LIII. Deciſio Litis. Anno 1315.

Wir *Agnes* von gotes genaden *Kunigin von Vngern Pfaltzgravin pey rein vnd hertzogin in Bayern* tuen chunt allen den, die dieſen brief ſehent oder hörent leſen, das wir den chrieg, der da waz zwiſchen dem Abbt und des Conuentz von *meten* vnd *Andre des ſuppans ſvn von Tekkendorf*, ſeiner hawſfraw *margreten* vnd ir chynden vnd frewden vmb den hof ze *aezendorf* vnd vmb die hube ze *otzing*, die des chloſters recht aigen ſind, vnd vmb die niemand chain recht anders an hat. - - - - geben wir diſen brief mit vnſerm chlainen Inſigel verſigelt. vnd der ſind zevg *charl von landavve, fridreich der*

achdorffer, *fridreich der Valchenſtainer*. *Fridreich der pavvtzchover*, vnd ander piderlewt, das iſt geſchehen ze *Naterberch*. anno dom. MCCC quinto decimo. appollinaris martiris.

Num. LIV. Anno 1316.

Ich *Dietreich von forſt* tuen chund - - - darvber han ich in diſen brief gegeben mit herren *hartlibs* Inſigel von *puchperch* vnd mit herren *chunrad* Inſigel *von Nuzperch* vnd mit *meines vettern Inſigel herren peters von forſt*. vnd des ſind Zeug her *ſifrid* von *puchperch*, herr *haertvvich vnd her Ebervvin von dem degenberg*, her *vvilhalm von vvintzer*, *vlrich vnd Peter die Ekkaer*, *hainreich von forſt*, vnd ander piderlevvt. das iſt geſchehen, da von Chriſtes gepuert waren drewtzehen hundert iar, vnd in dem ſechzehendem iar an ſand Jacobs abent.

Num. LV. Deciſio Litis. An. 1317.

Wir *Agnes* von gotes genaden *chunigin von vngern*, *pfallentzgraefin'n bey Rein* vnd *hertzogin in bairen* tuen chund allen den, die diſen brief ſehent, oder hoerent leſen, das wir geſchafft haben mit *vnſerm Hofmaiſter herren Karl von Rain*, das er verſchaiden hat allen chrieg. der gebeſen iſt tzwiſchen dem chloſter ze *metem* vnd *margreten der ſchreiberin ze Tekkendorf*, vnd ir chinden, vnd der *Pevvtzchofaer* - - - - des ſind gezeug *Karl von Rain vnſer Hofmaiſter*, *vlrich der forſter*, *Vlreich vnd Peter die Ekkaer*, *Hainreich der Lohaimer*, *Reinel vnd liebhart die Pankchofaer*, vnd ander biderb lewt, di pey diſer ſchidvm geweſen ſind. das iſt geſchehen, do von chriſtes gepuert waren dreutzen hundert iar, vnd in

dem

dem ſibentzehenden iar an der - - - tawſend maid tag in dem marcht ze Plaedlingen.

Num. LVI. Decimæ in Beneficium conceſſæ. Anno 1318.

Ich *Lorencz viechtenſtainer* die zeit *gevvaltiger lanntrichter zu mitteruells* wechenn offenleich mit dem brief, da ich ſaz zu *mitteruels* an den rechten an offner Schrann mit dem gewaltigen ſtab, daz für mich cham aufrecht - - - - - - - - di zu lehen gangen waren von den *främerſpergern* ſälgen vnd gelegen in dem gericht *mitteruels*, vnd darnach chömmen waer an her *Hannſen den cholner* ſälgen. - - - - - - - - - des rechtens iſt vorſprech geweſen *Perchtold von Schambach*, *liebhart ſtravvbinger*, *chunrad goldner vorſprech zu ſtravvbing*: vnd an den rechten iſt geſezzen her *fridreich haibekch*, *Hanns haibekch*, *Jacob Hägenzeller*, *Andre hellgruber*, *Hanns rider*, *Hanns gözzel* vnd ander erwerger lewt vil, die des behabten rechten all verfolgten, vnd ertailten auf ir aid. alſo gib ich im den gerichczbrief verſigelten mit meinem anhangunden

Inſi-

Inſigel mir vnd meinen erben an ſchaden. der geben iſt nach chriſt gepuert vierzehenhundert iar vnd in dem andern iar am montag vor Achacii

Num. CXI. Litteræ Securitatis An. 1419.

Wir *Johannes* von gottez genaden *Pfalzgraffe bey dem Rein Herzog in Bayern, graff in Henngavv, Hollande vnd Selande* etc. bechennen mit dem brieff offenleich vmb ſolich auſstreten vnd abſagen, allz *ſteffel Sneyder* dem gotzhaws zu *metem* vnd *Petern vvurſtel* getan het, vvye ſich die ſelb ſache bys her gehandelt hat. So iſt er mit den obgenannten ſeinen Partheyen darvmb ganz gerich auf ein endt, alſo das vvir ym nvv geben vnſer vnd vnſers landes in Bayeren huld vnd gnad, alſo das er derſelben ſache vnd handlung vnengolten vnd an ſchaden ſol ſein vnd beleyben an ſeynem leyb vnd gut gen vns vnd mein kleich den vnſern. Darvmb vvir vvellen vnd ernſtlich gepytten allen vnſern vitztummen, pflegern, Richtern, Amplevvten, vnd andern den vnſern, die yetzo ſein, oder furbas vverden, den obgenannten bey ſolichen genaden zu halten, vnd veſſtikleich zu beleyben laſſen trevvleich vnd ſlechtikleich angever. Des zu Vrchund geben vvir im den brief geſigelten mit vnſers Vitztumbamptzz in Bayeren anfangenden Iuſigel. der geben, do man czalt nach Chriſti gepurt vierzehen hundert, vnd in dem nevvnczehenden Jare, am freytag nach Valentini.

DIPLOMATARIUM MISCELLUM.

Num. I. Defenſio regia monaſterii. Anno 837.

In Nomine ſancte et in diuidue Trinitatis *Hludovvicus* diuina fauente gratia Rex. Decet regiam Dignitatem Predeceſſorum ſuorum pie facta non ſolum inuiolabiliter conſeruare, ſed etiam ceſſure ſue authoritate alacriter confirmare. Proinde nouerit omnium fidelium noſtrorum preſentium ſcilicet et futurorum Magnitudo, qualiter vir venerabilis *Nithardus* Abba ex Monaſterio, quod dicitur *Medema*, quod eſt conſtructum in Honore ſancti Michaelis Archangeli obtulit Excellentie noſtre quandam auctoritatem bone memorie aut noſtri *Caroli* preſtantiſſimi Imperatoris, in qua continebatur inſertum, qualiter idem Chriſtianiſſimus Imperator prefatum Monaſterium cum Abbate et Monachis ibidem Deo famulantibus, cum Hominibus vel Rebus ibidem pertinentibus ſub ſermone tuitionis ſue conſtituiſſet, ita, ut in poſterum tam ſub ſuo quamque et ſucceſſorum ſuorum Regum videlicet ſequentium Mundoburdo et Defenſione conſiſteret. petiit Celſitudini noſtre predictus Abba, ut nos ſimiliter eum et Monaſterium, cui preeſt, et Monachis ibidem Deo militantibus, atque Rebus vel Hominibus ſibi pertinentibus ſub noſtra conſtitueremus defenſione: et eidem Authoritati noſtram firmitatis gratia iungeremus Authoritatem. Cuius Deprecationem libenter annuimus: et Beneficium, quod in nobis poſtulauit, ob amorem Dei et Reuerentiam

tiam ipſius ſancti loci libenti animo ei conceſſiſſe omnium fidelium noſtrorum cognoſcat Induſtria.

Propterea preſentem Authoritatem noſtram ei fieri juſſimus, perquam precipimus atque jubemus, ut nullus quislibet ex vobis neque de junioribus aut ſucceſſoribus ueſtris memorato venerabili viro *Nithardo* Abbati, nec Monachis ſeu Hominibus ſuis, qui per eum legibus ſperare noſcuntur, de nullis quibuslibet inlicitis occaſionibus injuriare nec inquietare, aut condempnare, neque contra rationem Ordinis de rebus Monaſterii ſui, unde ad preſens juſto ordine ueſtitus eſſe uidetur, aut in antea Deo largiente ibidem juſte et rationabiliter conlatum fuerit, aliquid abſtrahere; aut minuere nullo modo preſumatis, niſi liceat ei unacum Monachis et Hominibus ſuis ſub Dei noſtrique Mundoburdo ac defenſione quieto tramite uiuere, ac reſedere: et pro nobis Uxorique ac Prolis uel genti Francorum ſeu ſtabilitate Regni noſtri adtentius Domini miſericordiam exorare. etſi aliquas cauſas aduerſus eum aut in vico ſuo ſurrexerint aut ortas fuerint, quas ibidem in Patria absque graue iniquo diſpendio difinire nequiverit, uſque in preſentia noſtra ſint ſuſpenſas vel reſeruatas, qualiter ibidem ſecundum Legem et Juſtitiam finitiuam accipiant ſententiam. Et ut preſens Authoritas firmior habeatur uel per tempora melius conſeruetur, de anulo noſtro ſubter juſſimus ſigillari.

Adalleodus Diaconus ad uicem *Grimaldi* recognoui et ſubſcripſi.

(L. S.)

Data VIII. Idus Januarii anno Chriſto propitio IIII. Regni Domni Hlwdowici Regis in orientali Francia Indictione XV. Actum *Reganesburg* civitate in Dei Nomine feliciter. Amen. (*)

Num. II. Facultas liberæ Electionis. An. 851.

In Nomine ſancte et indiuidue Trinitatis *Hludovvicus* diuina fauente gratia Rex. Si petitiones ſeruorum Dei juſte et rationabiliter aurem ſerenitatis noſtre petentium ad effectum perducimus, hoc nobis procul dubio ad eterna remuneratione premia capeſſenda profuturum liquido credimus. Quapropter notum ſit omnibus ſancte Dei Ecclefie noſtrisque preſentibus ſcilicet et futuris, qualiter Vir venerabilis *Nithardus* abbas ex Monaſterio *Metemum*, quod eſt conſtructum in Honorem ſancti Michaelis Archangeli juxta fluvium Danubium noſtram adiens ſerenitatem poſtulans, ut Fratribus in monaſterio ſancti Mi-

chaelis

(*) Diplomati huic more ſolito adpreſſum eſt ſigillum, nullibi hactenus nobis conſpectum, Tab. I. N. 3. delineatum. Exhibet illud duas Perſonas, quarum una globum coronato capiti alterius, neſcio, an imponere, aut detrahere videtur. ſuſpicari licet, ſigillum iſtud ſculptum fuiſſe an. 833. quo filii *Ludovici* pii, Patre ex authorato, et in cuſtodiam miſſo, Regna inter ſe partiti fuerunt, in qua diviſione *Ludovico* præter *Bajorariam*, *Francia* orientalis, *Allemania*, *Thuringia*, et *Saxonia* ceſſit, unde etiam *ludouicus* Annos Regni in Francia orientali numerare cepit, ut vel ideo annus 837. quo iſtud Diploma datum, ſit annus quartus *Ludovici* in orientali Francia. Forte igitur ſive ad exauthorationem *Ludovici* pii, ſive ad novam Regni *Ludovici* germ. Epocham hac Effigie ſculptor alludere voluit. Sed uberior Aenigmatis iſtius ſolutio alteri oedipo relicta eſto.

chaelis conſiſtentibus, qui nunc ſub eius regimine Deo famulari noſcuntur poſt illius tranſacte mortalis vite Terminum, ſi talis Frater inter- illos inveniri poterit, qui Abbatis officio idonee et rationabiliter fungi ualeat, eum eljgendi noſtra eis licentia tribueretur. Cuius petitioni aurem Manſuetudinis noſtre accomodantes, hoc ita perdonare per preſentem Aucthoritatem noſtram omnium fidelium noſtrorum, cognoſcat Magnitudo, ita tamen, ut prefatum eſt, ſi talis ſecundum regulam ſancti Benedicti abtabilis et idoneus tam in moribus quam in ſcientia ſeu ceteris bonis ornatus ad ſervitium Dei omnipotentis ibi invenitur, per prefati venerabilis Abbati petitionem et amorem adſenſum prebemus: ut eos melius delectet pro nobis Uxoreque noſtra, et pro ſtatu totius Regni a Deo nobis collati Domini miſericordiam adtentius exorare. Et ut hec noſtre largitionis Authoritas majorem obtineat vigorem, manu propria noſtra ſubter firmavimus, et anuli noſtri inpreſſione ſignari juſſimus.

(Monagramma) Signum Domni Hludovici ſereniſſimi Regis.

Comeatus Notarius ad vicem *Radleici* recognovi et ſubſcripſi.

(L.S.)

Data VII. Kld. Januarii Anno Chriſto propitio XVIIII. Regni Domni *Hludovvici* glorioſiſſimi Regis in orientali Francia Indictione XIIII. Actum *Reganesburg* civitate in Dei Nomine feliciter. Amen.

Sigillum ſub Num. 4. Tab. I.

Num.

Num. III. Licentia permutandi Bona. An. 858.

In Nomine ſancte et indiuidue Trinitatis *Hludouuicus* diuina fauente gratia Rex. Si petitionibus fidelium noſtrorum et nobilium hominum juſte petentium annuimus et eas annuendo ad implemus, procul dubio fideliores ac devotiores eos in noſtro reddimus officio. Quapropter nouerit omnium fidelium noſtrorum preſentium ſcilicet et futurorum induſtria, quia quidam venerabilis Abba nomine *Wippo* ex monaſterio, quod dicitur *Metema* et fidelis Pincerna noſter eodem vocabulo nominatus petierunt Excellentiam noſtram, ut eis quamdam commutationem pro eorum opportunitate ac pro conſenſu omnium fratrum in eodem Monaſterio conſiſtentium facere liceret. Dedit igitur predictus Pincerna noſter de Rebus proprietatis ſue in Pago *Duonecgaue* in Comitatu *Cuniberti* in loco, qui dicitur *Cittraha*, quidquid ibi viſus eſt habere, id eſt, campis, pratis, paſcuis, ſylvis, terris cultis et incultis, aquis, aquarumque decurſibus, et quidquid ex ſua proprietate ibi videbatur habere totum et integrum ad prefatum Monaſterium tradidit. Et econtra in recompenſatione earumdem rerum tradidit illi prenominatus Abba per licentiam noſtram Monachorumque ibidem conſiſtentium per manus Advocati ipſius nomine *Gunzo* quasdam res pertinentes ad prenominatum monaſterium in ſupra dicto pago, et in comitatu prefati comitis in villa que dicitur *Rore*, ſcilicet, quidquid quidam Presbyter nomine *Johannes* ad memoratum Monaſterium tradidit, ea videlicet ratione, ut in concambio earumdem rerum prefatus Pincerna noſter poteſtatem haberet faciendi, quidquid ſibi libuerit. Unde et duas Commutationes pari tenore conſcriptas manibus que bonorum Hominum coram *Hludovvico* dilecto filio

ſilio noſtro roboratas ad relegendum nobis oſtenderunt, ſed pro integra firmitate ac ſecuritatis ſtudio deprecati ſunt Celſitudinem noſtram, ut illas commutationes per noſtrum manſuetudinis preceptum confirmare dignaremus. Quorum petitioni denegare nolumus; ſed quod unicuique fidelium magnitudo cognoſcat has apices ſerenitatis noſtre eis fieri juſſimus, per quas decernimus atque jubemus, ut quicquid pars juſte alteri contulit parti, ita deinceps per hanc noſtram Authoritatem prefatus Pincerna noſter de ipſis rebus a predicto Abbate Advocatoque ipſius ſibi traditis jure firmiſſimo poteſtatem habeat tenere, poſſidere, uendere, uel quicquid ſibi libuerit faciendi abſque ullius contradictione. Et ut hec Auctoritas conceſſionis noſtre firmior habeatur, et per futura tempora a fidelibus noſtris melius conſervetur, veriuſque credatur manu propria noſtra ſubtus eam firmavimus, et Anuli noſtri inpreſſione roborari juſſimus

(Monogramma) Signum *Hludovvici* Sereniſſimi Regis.

Luitbrandus ad vicem *Witgarii* Cancellarii recognovi et ſubſcripſi.

(L.S.)

Data IIII. Nonas Februarii anno XXVI. Regni *Hludovvici* Sereniſſimi Regis in orientali Francia regnante Indictione VI. Actum *Regenesburc* Civitate regia in Dei Nomine feliciter Amen.

Num. IV. Conceſſio Prædiorum in Rudoltesdorf. Anno 867.

In Nomine Sancte et indiuidue Trinitatis *Hludovvicus* diuina fauente gratia Rex. Oportet igitur Nos, qui diuino ſumus munere quodam modo pre ceteris Mortalibus ſublimati, eius in omnibus parere preceptis, cuius Clementia prelati ſumus: atque cujus precellimus munere, loca utique ſibi ſacrata noſtro releuari juuamine, atque regali tueri munimine, quoniam id nobis et ad mortalem uitam temperaliter tranſigendam, et ad aeternam feliciter obtinendam pro futurum liquido credimus. Quapropter compereat omnium fidelium noſtrorum preſentium ſcilicet et futurorum ſollertia, qualiter nos ob noſtre mercedis augmenrum et pro remedio animarum noſtrarum conceſſimus quaſdam res proprietatis noſtre ad Monaſterium, quod uocatur *Metemon*, conſtructum in Honore ſancti Michahelis: id eſt, de *Ruodolteſtal* uſque in *Sternfeld*, et inde in *Pirivvoum* et ſic *Anam* inde *Groba* et inde in occidentali *Huntesberc*, et inde in *Rehtinbooh* per quandam ſemitam uſque in *lahintal* ad *ſuberesheim* in pago *ſuualafeld*, quod pertinuit ad noſtram villam, que uocatur *Wizinburc* de comitatu preſcripto. Has itaque preſcriptas res cum omni integritate in jus et dominationem preſcripti Monaſterii tradimus atque transfundimus, ea uidelicet ratione, ut ab hodierna die et deinceps per hoc noſtre Auethoritatis preceptum plenius in Dei Nomine confirmatum nullo inquietante, ſed Deo auxiliante perpetuis temporibus ibi permaneant, abſque alicuius moleſtia uel inquietudine. Et ut hec authoritas Largitionis noſtre firmius habeatur, et per futura tempora a fidelibus noſtris uerius credatur, et diligentius con-

ſerue-

ſeruetur, manu propria noſtra ſubter eam firmauimus et anuli noſtri impreſſione aſſignari juſſimus.

(Monagramma) Signum Domni *Hludovvici* ſereniſſimi Regis.

(L.S.)

Hebarhardus Notarius ad vicem *Grimaldi* recognoui et ſubſcripſi.

Data XVIII. Kalendas Julii anno XXXV Regni Domini *Hludovvici* ſereniſſimi Regis in orientali Francia regnante Indictione XV. Actum *Franconofurt* Palatio regio in Dei nomine feliciter Amen.

Num. V. Conceſſio Prædiorum in Drouſinindorf. Anno 868.

In Nomine ſancte et indiuidue Trinitatis *Hludovvicus* diuina fauente gratia Rex. - - - Notum ſit omnibus ſancte Dei Eccleſie fidelibus noſtrisque preſentibus ſcilicet et futuris qualiter nos ob noſtre mercedis augmentum et pro remedio animarum anteceſſorum noſtrorum conceſſimus quasdam res proprietatis noſtre ad Monaſterium, quod uocatur *Metamun*, quod eſt conſtructum in honore ſancti Michaelis, in pago *treismafeld* in villa, que dicitur *Drouſnindorf*, hoc ſcilicet, quod *Wizo* et filius eius habuerunt in beneficium, id eſt, per totum de terra arabili, pratis, paſcuis, campis, ſylvis, aquis, aquarumque decurſibus, mobilis et inmobilis in Comitatu *Willihelmi*, et juſſimus fieri hoc noſtre auctoritatis preceptum, per quod decernimus, atque jubemus, ut preſcripte res ad prefatum Mo-

ſterium *Metamun* in uſus fratrum ibidem Domino famulantium perpetualiter permaneant absque alicuius contradicentis obſtaculo, ut eis pro noſtra ac conjugis, chariſſimeque prole ſalute Domini miſericordiam exorare delectet. Et ut hec authoritas largitionis noſtre firmior habeatur, et per futura tempora a fidelibus noſtris uerius credatur, et diligentius obſeruetur manu propria noſtra ſubter confirmavimus, et anuli noſtri inpreſſione aſſignare juſſimus.

(Monogramma) Signum *Hludovvici* ſereniſſimi Regis.

(L. S.)

Hebarhardus Cancellarius ad vicem *Grimaldi* recognovi et ſubſcripſi.

data II Nonas Februarii anno XXXVI Regni Domni *Hludovvici* ſereniſſimi Regis in orientali Francia regnante Indictione I. Actum eſt *Reganespurc* in dei nomine feliciter. Amen

Num. VI. Conceſſio Bonorum in Platling et Leichling. Anno 868.

In Nomine ſancte et individue Trinitatis. *Hludovvicus* divina favente gratia Rex. Notum ſit omnibus ſancte Dei Eccleſie fidelibus, noſtrisque preſentibus ſcilicet et futuris, qualiter nos ob noſtre mercedis augmentum, et pro remedio animarum Anteceſſorum noſtrorum conceſſimus quasdam res proprietatis noſtre ad Monaſterium, quod dicitur *metemon*, quod eſt conſtructum in honore ſancti Michaelis, id eſt in pago *Donahgevve* in villa, que dicitur *Platlinga*, et ad *leichilinga*, hoc ſcilicet, quod in beneficio habuit *Egino*, id eſt in totum de terri

arabili

arabili jugera XXXIIII, et de pratis, quod ibi conſtat: et juſſimus fieri hoc noſtre authoritatis preceptum, per quod decernimus, atque jubemus, ut preſcripte res ad preſatum Monaſterium *metemun* in uſus fratrum ibidem Domino famulantium perpetualiter permaneant, absque alicuius contradicentis obſtaculo, ut eis pro noſtra ac conjugis, cariſſimeque prole ſalute Domini miſericordiam exorare delectet. Et ut hec authoritas largitionis noſtre firmior habeatur, et per futura tempora a fidelibus noſtris verius credatur, et diligentius obſervetur manu propria noſtra ſupter eam firmavimus, et anuli noſtri inpreſſione aſſignare iuſſimus.

(Monagramma) Signum Domni *Hludovvici* ſereniſſimi Regis.

Hebarhardus Cancellarius ad vicem *Grimaldi* recognovi et ſuſcripſi.

(L.S.)

data II. Non. Februar. anno XXXVI. regni *Hludowuici* ſereniſſimi Regis in orientali Francia regnante Indictione I. Actum *Reganesburc* in dei nomine feliciter. Amen.

Num. VII. Fragmentum Diplomatis Ludovici Junioris de An. 880.

— — — — — — — — — — — —
— — — — Futuris — — — —
— — — changeli, necnon pr — — — ia, pro noſtre etiam mer - - rietatis noſtre cuidam Monaſt - - - fra - - ientibus conceſſimus, ubi nunc vene - - - - ntbertus preeſſe dignoſcitur, hoc eſt in Pago - - - ia in Comitatu

Cuniberti de ſteine - - - ſic in *Zidelara* ſic usque in *Danubium.* itaque quidquid infra ſcriptos terminos habere viſi ſuim - - totum in proprieta - - Dominationem jam dicto abbati et fratribus predicti loci perpetualiter poſſidendum condonavimus, ut eos pro nobis, coujuge proleque noſtra, et totius Regni - - ſt - tu miſericordiam om - tentis Domini melius exorare delectet. Et ut hec noſtre Conceſſionis authoritas firmior habeatur, et per futura tempora a fidelibus noſtris melius credatur, manu propria ſubter eam firmavimus et anuli noſtri inpreſſione aſſignari juſſimus.

(Monogramma) Signum *Hludovvici* ſereniſſimi Regis.

Arnolfus Cancellarius ad vicem *Luitberti* archicapellarii resognovi et ſubſcripſi.

(L.S.)

data V. Non. Maij anno dominice Incarnat. DCCCLXXX. Indictione XII. anno IIII. regni *Hludovvici* ſereniſſimi Regis. Actum *Forahhein* villa regia in dei nomine feliciter. Amen.

Sigillum Tab. I. N. 6. (*)

In Nomine ſancte et individue Trinitatis. Hludovvicus divina favente gratia Rex. Si petitiones ſervorum Dei, juſte et rationabiliter aurem ſerenitatis noſtre petentium ad effectum perducimus, hoc nobis procul dubio ad eterne remunerationis pre-

(*) Juvat chartam integram e Bruſchii centuria ſecunda ad fidem *Neſſelii,* in quo tamen plurimam deſiderat D. *Kellarius*, Auguſtæ vindobonenſis Bibliothecæ cuſtos, editam, huc transferre.

premia capienda profuturum liquido credimus. Quapropter notum ſit omnibus ſancte Dei eccleſie fidelibus, noſtriſque preſentibus et futuris, qualiter nos ob noſtre mercedis augmentum, et pro remedio anime matris noſtre et anteceſſorum noſtrorum conceſſimus quasdam res proprietatis noſtre in comitatu *Cuniberti* cuidam Monaſterio conſtructo in honorem S. Michaelis Archangeli ad petitionem *Wipponis* abbatis, qui eidem Monaſterio preeſſe dignoſcitur, omne ſcilicet foreſtum et predium inter ipſum Monaſterium et Danubium, hoc eſt in Pago de *ſteine* usque in *Krapfenzayn*, inde in *Pranne*, inde in die *Zvverchloe* usque in *Zeidlorn* et ſic usque in Danubium. Itaque quidquid infra ſcriptos terminos habere viſi fuimus, totum in proprietatem dominationis jam dicto Abbati et fratribus predicti loci perpetualiter poſſidendum condonavimus, ut eos pro nobis, pro conjuge et prole noſtra et totius Regni proſperitate miſericordiam omnipotentis Domini melius exorare delectet. - - - - (*)

Num. VIII. Confirmatio Bonorum cum Determinatione Limitum. Anno 882.

In Nomine ſancte et individue Trinitatis *Karolus* divina favente gratia Imperator auguſtus. Compereat omnium fidelium noſtrorum preſentium ſcilicet et futurorum ſollertia, qualiter

(*) *Reliqua cum originali concordant.* In eo autem maxime differt originale ab apographo Bruſchiano, aut Neſſeliano; quod iſtud exprimat Abbatem *Wipponem*, authographum vero, etſi abruptis prioribus litteris, appellet - - - *nibertum*, cuius cum priore nulla ſimilitudo.

liter Domus anteceſſor noſter *Karolus* bone memorie ſereniſſimus Imperator nec non etiam cariſſimus frater noſter Hludovvicus inclitus Rex quasdam res proprietatis illorum conſiſtentes in *Baioaria* conceſſerunt ad Monaſterium, quod vocatur *Metemum*, quod et nos per noſtre auctoritatis preceptum amplificare, conſolidare, ac corroborare decrevimus ob mercedis noſtre augmentum, et pro ſalute animarum anteceſſorum noſtrorum in uſus fratrum in preſcripto Monaſterio *Metemum* Domino ſamulantium id eſt de fonte orientalis *Pogana* usque in *Echirichesbuoh*, deinde in *Urcho*, et inde viſum juxta (forte) *rurſus Reganam*, et inde in *Aſebach*, inde vero in *tuniesberg*, deinde in *Hornberc*, inde vero in fontem occidentalis *Pogana*. Has itaque preſcriptas res cum omni integritate totum et ad integrum ex jure et Dominatione noſtra in jus et Dominationem prefati Monaſterii tradimus atque tranſfundimus ea videlicet ratione, ut ab hodierna die, et deinceps per hoc noſtre auctoritatis preceptum plenius in Dei nomine confirmatum nullo inquietante, ſed Deo auxiliante perpetuis temporibus ad jam dictum Monaſterium *Metemum* permaneant absque ulla contradictione in uſus fratrum ibidem Domino famulantium, ut eis pro noſtra ac conjugis noſtre ſalute et pro remedio animarum anteceſſorum noſtrorum eis Domini Clementiam delectabilius exorare delectet. Et ut hec auctoritas largitionis noſtre firmior habeatur, et per futura tempora a fidelibus noſtris verius credatur, et diligentius obſeruetur, manu propria noſtra ſubter eam firmavimus et anuli noſtri impreſſione aſſignari juſſimus.

(Monogramma) Signum Domni *Karoli* ſereniſſimi Imperatoris.

Walto Notarius ad vicem *Luitubardi* archicancellarii recognovi et ſubſcripſi.

(L.S.)

data

data XIV. Kalendas Auguſti anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti D. CCC. LXXXII. Anno vero auguſtali Domini *Karoli* in Italia II. in Francia I. Indictione XV. Actum Asloha in dei nomine feliciter Amen.

Sigillum Tab. I. N. 7.

Num. IX. Conceſſio Prædiorum in Ratoldeſdorf. An. 889.

In Nomine ſancte et indiuidue Trinitatis *Arnolfus* diuina fauente clementia Rex. Si ea, que nobis ab omnipotente Domino data ſunt ad Monaſteria dare ſtuduerimus. Inde nobis procul dubio credimus venire diuinam clementiam. Idcirco nouerit omnium fidelium noſtrorum preſencium ſcilicet et futurorum Induſtria qualiter nos quasdam res proprietatis noſtre, quas *Peratger ad ratoldeſdorf* habere uidebatur ad monaſterium, quod dicitur *metama* cum omnibus rebus ad prefatum locum pertinentibus dedimus campis agris pratis paſcuis ſiluis, aquis aquarum que decurſibus uiis et inuiis exitibus et regreſſibus mancipiis mobilibus et inmobilibus queſitis et inquiſitis cultit et incultis, et cum uniuerſis finibus illuc juſte pertinentibus Et juſſimus inde hoc preſens largitatis noſtre preceptum fieri, per quod uolumus firmiſſimeque iubemus ut nullus ſucceſſorum noſtrorum hanc tradicionem noſtram irrupente uel inquietante ſed Domino auxiliante perpetuis temporibus firma et inconuulſa permaneat Et ut hec auctoritas largicionis noſtre firmior habeatur ac diligentius obſeruetur Manu noſtra firmauimus anuloque noſtro inſigniri iuſſimus

(*) Hallucinatio eſt Hundii, qui hanc chartam tribuit *Carolo Magno* rebus humanis dudum exemto, cum ſit *Caroli Craſſi*.

(Monogramma) Signum Domini Arnolfi inuictiſſimi Regis.

Aſpertus (*) Cancellarius ad uicem Theotmari Archicappellani recognoui et ſubſcripſi.

(L. S.)

data X. Kl. ivn. anno Incarnationis Domini D. CCC. VIIII. (**) Indictione VI. Anno II. Regni Arnolfi largiſſimi Regis. Actum Reganeſpurc in Dei Nomine feliciter Amen.

Num.

(*) Aſpertus hic ſupra in Diplomatario Nideraltacenſi N. XVII. occurrit, et bis etiam invenitur in Santemeramenſi Libro *Probationum*. Scribitur ibidem pag. 74. fuiſſe Monaſterii ſancti Emmerami Monachus tandem Epiſcopus Ratiſponenſis factus, poſt quatuor annorum Regimen mortuus, et in Eccleſia ſancti Emmerami ſepultus.

(**) Diploma iſthoc charactere ſigillo, ſtylo omnibusque genuini Diplomatis Notis ætatem Arnulfi huius præſefert. Nota ſolummodo chronica, etiamſi non a iuniore quaquam manu appoſita ſit, eorenea eſt; Etenim loco D. CCC. VIIII. ſcribendum erat D. CCC. LXXXVIIII. deſunt igitur LXXX. quod mendum ſolorum *Scriptoris* et Reviſoris præpropere feſtinantium oſcitantiæ adſcribendum eſt. Neque vero tanti de ſe eſt Mendum chronologicum, ut fidem Diplomatis alias ſatis genuini infirmam faciat, in quod Rei diplomaticæ periti cum Mabillonio Lib. 3. de Re dipl. c. 1. pag. 221. Editione ſecunda an. 1709. concedunt omnes. Numeri vero intermedii inter D CCC. et VIIII., qui ſoli deſunt, ſi apponuntur ſcilicet LXXX., Anni quoque Regni omnino conveniunt. Nam cum ſub initium menſis Decembris anno D. CCC. LXXXVII. juxta Eckardum Tom. 2. Franciæ orientalis regnare inceperit Arnulfus Carolomani Filius, adhucdum X. calend. Junii anno D. CCC. LXXXVIIII. currebat anus

Num. X. Traditio quorumdam Curtilium Ratiſponæ. An. 892.

In Nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. *Arnolfus* divina fauente Gratia Rex. Comperiat cunctorum fidelium Chriſti generalitas, qualiter nos per Interventum *Rihharii* Cuſtodis noſtri nec non ob eterne mercedis augmentum quasdam res nobis a Deo conceſſas ad quandam abbatiunculam loco nuncupante *Metamum*, que conſtat eſſe ſita in Honore ſancti Michahelis Archangeli, in proprium eternaliter confirmando perdonavimus, hoc ſunt urbe *Radaspona* curtilia quinque cum univerſis edificiis jure aſpicientibus ibidem prope curtem, que dicitur *odalmanes hoveſtiti* adjacentia atque contigua, que ſunt viſa eſſe inter conflexa duarum uiarum, que in occidentali parte predicte curtis, hoc eſt ad odalmanes hoveſteti conveniunt. juſſimus quoque inde hoc noſtre Auctoritatis preceptum conſcribi, per quod precipiendo volumus, ut prefatum Monaſterium atque Proviſores eiusdem ecclefie ex prelibatis rebus deinceps ſecuram habeat poteſtatem, ſicuti de ceteris rebus, que eidem ecclefie proprie eſſe dinoſcuntur. Et ut hoc verius credatur ac diligentius obſervetur, manu noſtra id roborantet anuloque noſtro ſigillari juſſimus

 (Mo-

nus Regni eiusdem II. quamquam juxta ſubſignationem duorum mox ſubſequentium huius Arnulfi Diplomatum concedi poſſit, quandoque Annum D. CCC. LXXXVII. pro integro Regni anno ſumptum eſſe, ita, ut ab initio anni inſequentis jam computari ceperit Annus Regni eiusdem II. Aſt numeri Indictionum plerumque irregulares ſunt. P. G. G.

(Monogramma) Signum Domini *Arnolfi* invictiſſimi Regis.

Engilpero Notarius ad Vicem *Deotmari* archicappellani recognovi, et ſubſcripſi.

(L. S.)

data Non. Jun. anno Domini D. CCC. XCII. Indict. XI. anno VI. regni Arnolfi piiſſimi Regis. Actum reganespurc in dei nomine feliciter Amen.

Sigillum Tab. II. N. 9.

Num. XI. Licentia et Confirmatio Permutationis. An. 893.

In Nomine ſancte et individue Trinitatis *Arnolfus* divina favente gratia Rex. Cognoſcant igitur omnes fideles noſtri preſentes ſcilicet atque futuri, qualiter *Richeri* dilectus Cuſtos noſter et venerabilis *metamenſis* coenobii Abba, nec non et *Engilſcalc*, *Diotmari* venerabilis Epiſcopi noſtri religioſus Diaconus una cum fratre ſuo *adalſcalc* nominato precati ſunt noſtram clementiam, ut eis quoddam concambium inter ſe facere liceret cauſſa commoditatis utriusque partis, idemque concambium noſtre Auctoritatis ſcripto roboraremus. Quorum rationabili petitioni libenter annuentes. dedit idem *Engilſcalc* et prenominatus frater ſuus de rebus ſue proprietatis ad prenominatum Monaſterium in Pago *tuonagouue*, quidquid in villa *Gebehartesdorf* proprietatis habere uiſi ſunt. in manum antedicti *Richarii* ſuique Aduocati. et acceperunt econtra quicquid *Altman* in eodem Pago in loco, qui dicitur *fennigapach* de rebus eiusdem Coenobii in beneficium tenuit cum omni integritate.

tate. Unde hoc Preceptum conſcribi juſſimus, firmiſſimeque per hoc ſtatuentes, ut, quod pars parti contulit, firmum atque ſtabile perenniter conſiſtat. et quod idem fratres ipſi Monaſterio per hanc commutationem contulerunt, perpetim illuc poſſidendum conſiſtat. et de his, que inde acceperunt, nihilominus habeant poteſtatem habendi, donandi, vendendi, commutandi, vel quicquid exinde uoluerint, faciendi absque ullius contradicentis impedimento. Et ut hec auctoritas noſtra firmiorem in Dei nomine obtineat ſtabilitatem, et a fidelibus noſtris verius credatur ac diligentius obſervetur, manu noſtra eam firmavimus, anuloque noſtro ſigillari juſſimus.

(Monogramma) Signum Domni *Arnolfi* invictiſſimi Regis.

Wihingus Cancellarius ad vicem *Deotmari* Archicappellani recognovi et ſubſcripſi.

(L.S.)

data IIII Non. Sept. anno Domini DCCCXCIII. Indict XI. anno VII regni *Arnolfi* piiſſimi Regis actum *Reganespurc* in Dei nomine feliciter. Amen.

Num. XII. Appropriatio cuiusdam Manſi. Anno 916.

In Nomine ſancte et individue Trinitatis *Chuonradus* divina favente Clementia Rex. Noverit omnium fidelium noſtrorum preſentium ſcilicet et futurorum induſtria, qualiter nos propter petitionem *altmani* vaſalli ac miniſterialis noſtri cuidam clerico noſtro videlicet capellano *Reginolf* nuncupato quoddam

proprium juris noſtri, Manſum unum talem, quem *Eberhart* pro cenſu ac ſervitio habebat, in villa *Bercheim* dicta in comitatu *Eberhardi* in Pago *tuonahgewue* cum edificiis, areolis, terris cultis et incultis, agris, pratis, campis, ſiluis, paſcuis aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, viis et inuiis, exitibus et reditibus, queſitis et inquirendis omnibusque rebus ad eundem manſum rite legitimeque pertinantibus in proprietatem donavimus, juſſimusque hoc preceptum inde conſcribi, per quod volumus, firmiterque precipimus, quatenus preſcriptus preſpiter ab hodierna die deinceps de eadem proprietate liberam atque ſecuram teneat poteſtatem habendi donandi, vendendi, commutandi vel quicquid ſibi libuerit, faciendi. Et ut hoc preceptum firmum ſtabileque permaneat, manu noſtra ſubtus illud firmavimus et anulo noſtro ſigillari precepimus.

(Monogramma) Signum Domni *Chunradi* ſereniſſimi Regis.

Salomon Cancellarius ad vicem *Pilicrimi* Archicappellani recognovi et ſubſcripſi.

(L. S.)

data IIII. Non May anno Dominice Incarnat. DCCCCXVI Indictione IIII. anno vero regni glorioſiſſimi Regis *Chuonradi* V. actum apud *Franconafurat* in Dei nomine feliciter. Amen.

Sigillum Tab. II N. 11.

Num.

Num. XIII. Confirmatio Bonorum in Wiſchelburg. Anno 976.

In Nomine ſancte et individue Trinitatis *Otto* divina favente Clementia Imperator Auguſtus patet omnium ſaucte Dei eccleſie noſtrorumque tam preſentium quam futurorum induſtrie fidelium, quod nos ob futuram eterne beatitudinis Remunerationem Regni que pacifice regendi ſtabilitatem, nec non per ſalubrem et Deo gratam peticionem *heinrici* ſancte auguſte civitatis Epiſcopi, et *Luitpaldi* Marchionis talem proprietatem, qualem *peretoldus Arnolſi* (*) *filius* adhuc in gratia manens Imperatoris ad monaſterium, quod vocatur *Metama*, ad uſum et prebendam fratrum Deo ſanctoque Michaeli ibidem famulantium *Wiſchiliburg* tradidit, regali potentia reddidimus, cum utriusque ſexus mancipiis, edificiis, terris cultis et incultis, pratis, paſcuis, ſiluis aquis, aquarumque decurſibus, exitibus reditibus, molendinis, piſcationibus, queſitis et inquirendis, cunctisque utilitatibus, ea ratione, ut nullus deinceps ab eorum uſu et ſeruicio poſſit abſtrahere. Et ut hec noſtre Regalitatis datio firma habeatur, hanc ſcripturam fieri, et ſigillo noſtro ſignari juſſimus, manuque propria ſubtus notando firmavimus.

(Monogramma) Signum Domni *Ottonis* invictiſſimi Imperatoris Auguſti.

Egbertus Cancellarius ad vicem *Willigiſi* Archicappellani conſcripſi.

data

(*) Haud dubie *Arnolſi* II. Filius, Nepos *Arnolſi*, ſic dicti *mali*, de quo breue Chronicon Bajoariæ Tom. I. Scriptor Rerum boicarum pag. 46. ad annum DCCCCLI. ſequentia notat: *Perahtold filius Arnulphi expulſus eſt de Norica.* vid. etiam Origin. boicæ Domus Tomo II. pag. 33. ſeq.

data XII Kl. Aug. anno Dom. Incarnat. DCCCCLXXVI Indict. IIII. anno vero Regni Domni *Ottonis* XV. Imperii VIIII. Actum Radesbone.

Sigillum Tab. II. N. 12.

Num. XIV. Conceſſio Mercatus annui cum Jure Thelonei, Banni, Diſtrictus. An. 1051.

In Nomine ſancte et individue Trinitatis *Henricus* divina ſavente Clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Si Deo ſuisque ſanctis ſervientibus aliquam ex noſtra imperiali Poteſtate miſericordiam impendere ſtuduerimus, id ſtabilitatem noſtri Regni, noſtreque anime ſalutem eſſe minime dubitamus. Quapropter omnibus Chriſti noſtrique fidelibus tam ſuturis, quam et preſentibus notum eſſe volumus, qualiter nos pro Dei amore in villa, que dicitur *Methemen* in *Pentecoſten* tres dies, ſimiliterqne in feſtivitate ſancti *Michahelis* cum *Theloneo Banno*, *Diſtrictu* ceterisque omnibus ad hec juſte legaliterque pertinentibus noſtra imperiali auctoritate conceſſimus, atque tradidimus in uſum ſancte Congregationi inibi Deo ſuisque ſanctis die noctuque ſervientibus, in comitatu *Adalperti* comitis, et in *tuoneckgovve* ſitum, ea videlicet ratione, ut ſi Dux, aut comes, vel vicecomes, aut aliqua Perſona, Congregationi predicte hoc idem *Mercatum* ſubtraxerit aut aliam in partem mutaverit, amplius, ut ibi celebretur, aut habeatur, nolumus, noſtraque imperiali auctoritate modis omnibus firmiter interdicimus. Et ut hec noſtra imperialis auctoritas ſtabilis et inconvulſa omni permaneat evo, hanc cartam inde conſcribi, manuque propria, ut ſubtus videtur, corroborantes ſigilli noſtri Impreſſione juſſimus inſigniri.

(Mono-

(Monogramma) Signum Domni *Heinrici* tertii Regis invictiſſimi ſecundi Romanorum Imperatoris auguſti.

Winitherius Cancellarius vice *Luitbaldi* Archicancellarii et Archiepiſcopi recognovit.

data XVII. Kl. Sep. Indictione IIII. anno dominice Incarnat. MLI. anno vero Domni *Heinrici* tertii Regis ſecundi Imperatoris, ordinationis eius XXIIII. Regni vero XIII. Imperii V. actum *Paſkoune* in dei nomine feliciter. Amen.

Sigillum Tab. II. N. 15.

Num. XV. Moderata Immunitas Thelonei. Anno 1198.

In Nomine ſancte et individue Trinitatis *Livpoldus* Dei gratia Dux Auſtrie et Styrie. Omnibus Chriſti fidelibus ſalutem in perpetuum. Benevolentiam, quam generaliter ad Eccleſias virosque religioſos, et ſacra undique loca extendere debemus, Eccleſiis ad nos ſpectantibus tanto promptius inpendere debemus, quanto familiariore jure adſtricti nos vobis eſſe videmur. eo igitur intuitu *metmenſi* Eccleſie, quam ratione fundationis (*) majori delectationis affectu amplecti debemus, eiusdem que Eccleſie fratribus in tranſducendis bonis ipſorum apud Thelonea ſive mutas noſtras hoc ipſum juris donavimus, quod a beate memorie Patre noſtro Duce *Livpoldo*, fratreque noſtro Duce *Friderico* habuerunt, cum et nos in bonis actibus

 eos

(*) E perpetua Traditione, ſcriptorum Teſtimonio, et ipſis, quæ primo in lucem nunc prodeunt, Monumentis firmata, conſtat, primum Me-

eos imitari cupiamus, videlicet, ut ſingulis annis ſupra dicte Eccleſie fratres pro omnibus bonis ipſorum, que apud mutas noſtras transducuntur, non niſi XXXII nummos apud *Steine*, et totidem apud *Ipſpurch*, vel quocunque muta noſtra transferatur, perſolvant. Inſuper *Anaſi* apud mutam noſtram, que dicitur *furnart* ſingulari noſtra donatione liberum eis tranſitum concedimus. Ut autem hoc jus noſtre donationis ſtabile eis in poſterum obſervetur, preſentem paginam ſcribi, ſigilliique noſtri Karactere roborari, ſubſcriptioneque teſtium, quorum nomina ſunt hec, muniri juſſimus. Domnus *Chuonradus Cappellanus. Wolfgangus Cappellanus*, *Krafto de Ancinſpach*, *Wernhardus de Schovvenberch*, *Wichardus Dapifer*, *Otto de Haslouvvve*, *Heindericus de Buorf*, *Hugo de Ottenſteine. Uolricus de Kunegesprunne*, *Ortolfus de Rameuſteine* Datum per manus *Uolrici* Notarii apud *Plaedlingen* ſuper *Iſermos*. Anno Incarnations Domini MCXCVIII. XV. Kal. Septembris.

E Medio Diplomatis pendet ſigillum ſub N. 21. Tab IIII. filis ſericis flavi et rubri coloris innexum.

Num.

Monaſterii huius Fundatorem extitiſſe *Carolum* M. Quo igitur Jure hanc gloriam ſibi vendicat *Leopoldus* Auſtriæ Dux? Si Annalibus *Hermanni* Abbatis Altahenſis Chronico Joannis *Steindelii*, *Hundio* et *Gevvoldo* Fidem habeamus, *Henricus Iaſamergottus* iſtius *Levpoldi* genitor, erectis Canonicis, quos locavit in *Pfaffenmynſter*, Monachos Benedictinos Monaſterienſes Metenam reduxit, et hac ratione alterius *Fundatoris*, aut, ſi mavis, Reſtauratoris Nomen mereri potuit, in Poſteros facile tranſiturum. Equidem *Hundium* cum *Gevvoldo* errasse cenſet P. *Chryſoſtomus Hanthaler* in Faſtis campilienſibus Tom. I. pag. 336. eoquod Henrico Auſtrio tribuant, quod Henrico ſaxoni, anno 1157. quo Translatio

facta

Num. XVI. Confirmatio antecedentis Privilegii. An. 1237.

Fridericus Dei Gratia Romanorum ſemper Auguſtus Jeruſalem et Sicilie Rex. Tenore preſentium notum fieri volumus univerſis Imperii Fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod fratres *mettenſis* Monaſterii ad noſtram curiam accedentes quoddam ſcriptum a clare memorie *Luitpoldo* quondam Duce Auſtriæ ipſis clementer indultum noſtro Culmini preſentarunt humiliter ſupplicantes, ut ſcriptum predictum renovare, et de noſtra confirmare clementia dignaremur*, cuius ſcripti tenor talis eſt. *In Nomine ſancte et individue Trinitatis Luipoldus Dux Auſtrie et Styrie* &c. &c. ut ſupra N. XV.

Nos igitur ipſorum ſupplicationibus miſericorditer annuentes predictum ſcriptum ſcribi et renovari mandavimus, illud et omnia, que continentur, de ſuperhabundanti Gratia confirmantes. Quapropter univerſis preſentis ſcripti mandamus

 mus

facta ſcribitur, Boiis imperanti, debetur. Sed vereor, ut errorem ipſemet erret. Etſi enim Annaliſtæ *Altahenſis* et *Staindelius* annum 37. quo *Henrico* Auſtrio nihil amplius Juris in Bojoaria competebat, aſſignent, nihilominus Henricum illum, *Auſtria Ducem* expreſſe adpellant. Neque Staindelio id infrequens eſt, ut ſequenti Anno factum ſcribat, quod preterito contigerat. Utique autem filius, Patris ſui Facta melius noverit quam hodiernus Scriptor! Quodſi Translationis gloriam *Henrico* ſaxoni quiſpiam vendicare contendat, Fundatoris tamen Titulum arrogare ſibi potuit Leopoldus ea forte, qua pleroſque Germaniæ Principes olim præoccupaverat, ambitione perſuaſus, Majorum ſuorum ſanguinem a Carolo M. certo Loci hujus fundatorem, aut eum gloria in venas ſuas promanaſſe.

mus edicto, quatenus juxta predicti Ducis donationem et confirmationem noſtram indultam eisdem fratribus Gratiam inviolabiliter obſervetis, nec contra preſentis innovationis et confirmationis noſtre tenorem venire aliquatenus preſumatis. quod qui preſumpſerit, indignationem noſtri Culminis ſe noverit incurſurum. ad cuius innovationis et confirmationis noſtre memoriam et robur perpetuo valiturum preſens ſcriptum fieri, et ſigillo noſtre Majeſtatis juſſimus communiri. Huius rei teſtes ſunt venerabiles *Salisburgenſis* et *Moguntinus* Archiepiſcopi *Babenbergenſis*, *Ratisbonenſis et Friſingenſis* Epiſcopi, Bavarie et Carinthie Duces, Landgravius Thuringie, Marchio de Baden. Burgravius de Nurenberc. *Godefridus de Homloch*, et alii quam plures.

Acta ſunt ſunt hec anno dominice Incarnationis milleſimo ducenteſſimo XXX. ſeptimo menſe Aprili X. Indictione Imperante Domino noſtro *Friderico* II. excellentiſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, Jeruſalem et Sicilie Rege Romani Imperii anno decimo octavo. Regni Jeruſalem duodecimo. Regni vero Sicilie trigeſimo ſeptimo feliciter amen.

datum Wienne anno, menſe et indictione preſcriptis.

E medio Diplomatis pendet ſigillum filis ſericis flavi et rubri coloris implicatum ſub N. 26. Tab. V.

Num. XVII. Confirmata Immunitas Theloneorum.

An. 1252.

In Nomine ſancte Trinitatis. *Othackorus* Dei Gratia Dux Auſtrie, et ſtyrie et Marchio Morawie omnibus chriſti fidelibus ... ſalu-

ſalutem in perpetuum. Benevolenciam, quam generaliter ad omnes Eccleſias Viroſque religioſos et ſacra undique loca extendere debemus, Eccleſiis ad nos ſpectantibus tanto promptius inpendere tenemur, quanto familiariori jure aſtricti jam nobis eſſe videntur. Eo igitur intuitu *metmenſi* Eccleſie eiusdemque Eccleſie fratribus in transducendis bonis ipſorum aput thelonea ſive mutas noſtras hoc ipſum juris donavimus, quod a beate memorie Duce *Levpoldo* fratreque ſuo duce *Friderico* habuerunt, cum et nos in bonis actibus eos imitari cupiamus, videlicet, ut ſupra dicte Eccleſie fratres pro omnibus bonis ipſorum, que apud mutas noſtras transducentur, non niſi XXXII. numos apud *ſtein*, et totidem apud *Ipspurch*, vel quocunque Muta noſtra transferatur, perſolvant. Inſuper *anaſi* et *Mautthauſen* apud Mutam noſtram, que dicitur *furuart* et in *Linza* ſingulari noſtra Donatione liberum eis tranſitum concedimus. Ut autem hoc jus noſtre Donationis ſtabilo eis in poſterum obſervetur, preſentem Paginam ſcribi, ſigillique noſtri Karactere roborari, ſubſcriptioneque teſtium, quorum nomina ſunt hec, muniri juſſimus. Dns *Albero de chunringe*, *Hadmarus de Valchenberch*, *Hainricus Dapifer de Greichseſtain*, *Hainricus de Zeking*. *Hadmarus de Werde et frater eius Chataldus*, et alii quam plures. Datum per manum Magiſtri *Wilhelmi* Protonotarii Curie. Anno Incarnationis Domini M. CC. quinquageſimo II. IIIIX. Kal. April. Indictione decima in *Chremis*.

Sigillum Tab. V. ſub N. 28.

Num. XVIII. Immunitas boica Thelonii apud Vilshoven. An. 1271.

Hainricus Dei Gratia Comes Palatinus Reni Dux Bauarie univerſis Mutenariis ſuis in *Vilshoven*, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, gratiam ſuam et omne bonum. Cum Ecclesiam in *Metten* amplectamur et diligamus. ex gratia ſpeciali eidem hanc gratiam noſtre benevolencie pure fecimus propter Deum, quod in ducendis victualibus ſuis vini, frumenti, et aliorum in deſcenſu et aſcenſu aque aput *Vilshoven* in perpetuum nullum Theloneum ſolvere debeant Procuratores eiusdem Eccleſie ſive Mutam, mandamus igitur vobis diſtricte precipientes, ut a Procuratoribus predicte Eccleſie nullam exactionem Thelonei ſive Mute exigatis de cetero *eos permittentes* libere et quiete pertranſire, ſicut noſtram Gratiam *diligitis* in hac parte. Ut autem hec noſtre liberalitatis donacio eidem Cenobio a noſtris Succeſſoribus in poſterum inviolabiliter obſervetur, ipſi hanc litteram dedimus in teſtimonium ſigilli noſtri robore communitam. Actum in Tekendorf Anno Dni M. CC. LXX. primo quinto Non. Oct. (*)

Num. XIX. Confirmatio Immunitatis auſtriacæ quoad Thelonea. An. 1277.

Heinricus Dei Gratia Comes Palatinus Reni Dux Bavarie omnibus preſentia inſpecturis in perpetuum. Volentes Eccleſiarum profectibus inſiſtere. et earum divine remunerationis

(*) In medio Diplomatis hujus et ſequentis e filamine membraneo pendet ſigillum Henrici, læſum, et jam alias notum.

intuitu que nos dignata eſt, decorare pre ceteris, indemnitatibus precavere, recognoſcimus nos inſtrumenta *Leupoldi* et *Friderici* Ducum Auſtrie non cancellata, nec abolita, nec in ulla ſui parte viciata vidiſſe, et propriis manibus contrectaſſe, in quibus expreſſe continebatur, quod ſolutis triginta duobus denariis a Procuratoribus *metmenſis* Eccleſie dicta Eccleſia ſine exactione Theloneorum uel mutarum debet eſſe libera et immunis, et in tranſitu victualium ſuorum pacifica et quieta. Ne igitur favor pro dicta Eccleſia inductus in ullo videatur tempore minui, ſed augeri, volumus et diſtricte mandamus, ut in diſtrictu noſtro ſuper *Anaſum* dicta Eccleſia ſalva et illibata priſtinorum Principum gratia conſervetur, quemadmodum tenor ipſorum inſtrumentorum Principum expreſſius innuit, et declarat. Datum in *Stroubinc* anno dni milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo VI, Idus Aprilis.

Num. XX. Confirmatio Bonorum per Gregorium X. An. 1275.

Gregorius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei dilectis filiis Abbati Monaſterii de *Meten* eiusque fratribus tam preſentibus quam futuris regularem uitam profeſſis in perpetuam rei Memoriam. Religioſam uitam eligentibus, Apoſtolicum conuenit adeſſe preſidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incurſus aut eos a propoſito reuocet, aut robur, quod abſit, ſacre Religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino filii ueſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, et Monaſterium de Meten, Ratisbon. Diocefis, in quo diuino eſtis obſequio mancipati ſub B. Petri et noſtra protectione ſuſcipimus, et preſentis ſcripti Priuilegio communimus. imprimis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo

Mo-

Monaſticus, qui ſecundum Deum, et B. Benedicti Regulam in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Preterea quaſcunque poſſeſſiones, quecunque bona idem Monaſterium impreſentiarum juſte et canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, uel Principum oblatione fidelium, aut aliis juſtis modis preſtante Domino poterit adipiſci, firma nobis, ueſtrisque ſucceſſoribus, et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis, locum ipſum, in quo prefatum Monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis Villam *Methen* uulgariter appellatam cum hominibus redditibus, Jurisdictione temporali, ac omnibus appenditiis, et pertinentiis ſuis Eccleſiam in *Nivvenhauſen*, quam in uſus proprios juſte et canonice obtinentis, cum omnibus pertinentiis ſuis, Paſſagium in Danubio, Decimas, agros, terras, Poſſeſſiones, redditus, et quicquid Juris ab utraque parte Danubii Monaſterium ueſtrum noſcitur obtinere. Capellam cum monte S. Pauli, Villam in *Perge* cum ſilua, agris, paſcuis, et aliis pertinentiis ſuis. In *Wimpenzingen* unam Curiam in villis et prediis ante Nemus, et in nemore ſitis, decem et octo manſos. In *Rodelſdorp* quinque manſos cum molendino, in Villa *Wiſchelburch* ſexdecim manſos cum areis, ortis, agris, molendino, prato. in Inſula Danubii, quod uulgariter dicitur, *Wert*, Piſcariam a loco *Wiſchelburch* usque ad locum, qui *teckendorf* uulgariter nuncupatur cum pertinentiis ſuis. in *Buzenhouen* unum Manſum. in *Ratolsdorf* unum manſum, agros et areas. in *Paſchingen* unum manſum, in *ſutarn* quatuor predia cum agris et areis. in *friendorf* quatuor predia cum agris et areis. in *Haunhouen* curiam cum agris, pratis, paſcuis, et omnibus ſuis pertinentiis. in *Rottenmanne* unam curiam. in *Endorf* quatuor

tuor predia cum agris et areis. in *Heunrichsdorf* unum predium. in *Eſindorf* curiam cum agris, pratis, paſcuis, et omnibus pertinentiis ſuis. in *Azingen* quatuor curias, quatuor manſos, agros et areas cum omnibus pertinentiis eorumdem. in *laichlingen* unum predium. in *Wihſe* agros et areas. in *Pulvvis* quatuor manſos et unum predium cum pertinentiis ſuis. in *Hochenraine* duas curias, et quatuordecim manſos cum agris et pratis, paſcuis, areis, et omnibus pretinentiis ſuis, in *Rincbouen* quinque manſos, unum predium, agros, et areas. in *Hordorf* prata cum agris, et prediis. in *Painchouen* ſex predia et decimam duorum prediorum. in *Empſchouen* unum manſum. in *obernror* curiam, agros et areas cum decima unius curie et aliis pertinentiis ſuis. In *Nidernror* curiam, agros, prata, et paſcua cum omnibus appenditiis et pertinentiis. in *Vttenchouen* tria predia cum agris et areis. Jus Patronatus in Eccleſia *Puche* cum manſo et decima. in *Vttenchouen* quatuor manſos. in *Rotenbach* tres agros cum decima. in *Stauſſerdorf* duos manſos et unum predium cum agris et areis. in *Perchhaim* duos manſos, tria predia, agros et areas cum decima. in *Vempach* agros. in *Aſchhain* unum manſum. in *tribicbingen* unum predium. in *minori Ponigon* unum predium. apud flumen Iſaram, prata, ortos, et agros. In *Ratispona* unam domum, et duodecim areas. Decimam apud *Vilſam* in villis, que *Prunne*, *Arldorf lauphartsdorf*, *Pushauſen*, *Chalstorf*, et *Munchin* uulgariter nuncupantur. Decimam apud *Eſindorf*, in *Haidolſingen* et in aliis villis et curiis adiacentibus. Decimam apud *Strnbingam*, in *Chirmehtingen*, *Suntzingen*, et in *Geltolſingen*. Decimam in *Hernſingen*, *Pirchelprunne*, *Geckingen*, et in *tiernpuch*. in Dioceſi Pataujenſi Decimam apud flumen *traiſem*. in *Nuzdorf* et in

aliis villis de vineis et agris. in *Chremis* unam curiam et unam vineam, que uulgariter *Hartkat* appellatur. in *Geislindorf* vineas et quosdam redditus, qui uulgariter dicuntur *Purchrecht*. in *Pachen* vineas ortos, et areas. In *Roſſazzen* et *Rugersdorf* vineas, ortos, Pomaria, areas et agros, villam de *Iſinrickesdorna* cum hominibus, iurisdictione temporali, curiis manſis, prediis, ſiluis, redditibus, agris, areis, pratis paſcuis ac omnibus ad dictam villam ſpectantibus, et capellam, quam extra villam ipſam habetis. in *Aſcha* vineas, unam Domum paſſagium areas ortos, et agros cum prediis, et omnibus pertinentiis eorumdem. In *Pataua* unam Domum liberum Deſcenſum in Danubio de Monaſterio ueſtro in *Chrems*, et aſſcenſum de *Chrems* ad Monaſterium ueſtrum: In Dioceſi eiſtettenſi villas homines terras, poſſeſſiones cum pertinentiis eorumdem, ac univerſa jura, que in Pago *Svvanueld* Monaſterium ueſtrum noſcitur obtinere, cum terris pratis, vineis, nemoribus, uſuggiis, et paſcuis in Boſco et plano. in aquis et mollendinis, in uiis et ſemitis ut omnibus aliis libertatibus et immunitatibus ſuis, ſane noualium veſtrorum, que propriis manibus aut ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit; ſiue de ueſtrorum animalium nutrimentis nullus a vobis decimas exigere vel extorquere preſumat. Liceat quoque vobis Clericos uel Laicos liberos ac ſolutos e ſeculo fugientes ad converſionem recipere, et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli fratrum ueſtrorum, poſt factam in Monaſterio ueſtro Profeſſionem, fas ſit ſine abbatis ſui licentia de eodem loco, niſi arcioris Religionis obtentu diſcedere. Diſcedentem vero absque communium litterarum ueſtrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clauſis januis, exclusis

cluſis excommunicatis, et interdictis, non pulſatis campanis ſuppreſſa uoce diuina officia celebrare, dummodo cauſam non dederitis interdicto, chriſma uero, oleum ſanctum, conſecrationes altarium ſeu Baſilicarum, ordinationes Clericorum qui ad ordines fuerint promovendi, a dioceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſi quidem catholicus fuerit, et gratiam et communionem ſacroſancte Romane ſedis habuerit, et ea uobis uoluerit ſine prauitate aliqua exhibere. Prohibemus inſuper, ut infra fines Parrochie ueſtre, ſi eam habetis, nullus ſine aſſenſu dioceſani Epiſcopi, et ueſtro capellam ſeu oratorium de nouo conſtruere audeat, ſaluis Priuilegiis Pontificum romanorum. *Ad* hec nouas et in debitas exactiones, ab archiepiſcopis, et Epiſcopis, decanis, et archidiaconis, aliisque omnibus Eccleſiaſticis, ſecularibusque perſonis, a uobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipſius loci eſſe decernimus, ut eorum deuotioni et extreme uoluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberauerint, niſi forte excommunicati ſint uel interdicti, aut etiam publici uſurarii, nullus obſiſtat. ſalua tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decimas preterea et Poſſeſſiones ad ius Eccleſiarum ueſtrarum ſpectantes, que a laicis detinentur, redimendi et legitime liberandi de manibus eorum, et ad Eccleſias, ad quas pertinent. reuocandi libera ſit uobis de noſtra auctoritate facultas. Obeunte vero ſe nunc eiusdem loci Abbate uel ſuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtucia ſeu uiolentia preponatur, niſi quem fratres communi conſenſu uel fratrum maior pars conſilii ſanioris, ſecundum Deum et B. Benedicti Regulam prouiderint eligendum. Paci quoque et tranquillitati ueſtre paterna in poſterum ſollicitudine prouidere uolentes, auctoritate apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuras locorum ſeu Grangiarum

ueſtrarum nullus rapinam, ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanquinem fundere, hominem temere capere uel interficere, ſeu uiolentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a Predeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Monaſterio ueſtro conceſſas, nec non libertates et exemptiones ſecularium exactionum a Regibus et Principibus uel aliis fidelibus rationabiliter uobis indultas, auctoritate apoſtolica confirmamus, et preſentis ſcripti Priuilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum Monaſterium temere perturbare aut eius Poſſeſſiones auferre, uel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet uexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalua ſedis apoſtolice auctoritate et *Diocesanorum* Epiſcoporum canonica Juſtitia, et in predictis decimis moderatione concilii generalis. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica; ſecularisue perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere uenire temptauerit, ſecundo tertioue commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honorisque ſui careat dignitate, reamque ſe diuino iuuicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, et a ſacratiſſimo corpore ac ſanquine Dei et Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua Jura ſeruantibus ſit Pax Dni. N. Jeſu Chriſti, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud diſtrictum Judicem premia eterne Pacis inueniant. Amen amen amen.

Ego

Ego Gregorius Catholice Ecclesie Episcopus ſubſcripſi.

Ego Simon tituli ſancti Martini Presbiter Cardinalis ſubſcr.

Ego Ancherius tituli ſancte Praxedis ſubſcr.

Ego frater Johannes - - Episcopus ſubſcr.

Ego Petrus tuſculanus Epiſcopus ſubſcr.

Ego uicedomnus peneſſentus Epiſc. ſubſcr.

Ego frater Petrus oſtienſis, et veletenſis Epiſcopus ſubſcr.

Ego otto bonus ſancti Adriani Diaconus Cardinalis ſubſcr.

Ego Jacobus ſancte Marie in cosmydin Diaconus Cardinalis ſubſcr.

Ego Gottofridus S. Georgii ad uelum aureum Diaconus Cardinalis ſubſcr.

Ego ubertus S. Euſtachii Diaconus Cardinalis ſubſcr.

Datum Lugduni per Manum Magiſtri Lanfranci Archidiaconi Pergamenſis ſancte romane Ecclesie uicecancellarii Kalendis Aprilis Indictione tertia Incarnationis dominice anno MCCLXXV. Pontificatus uero Domni Gregorii. Pape X anno quarto.

Num. Confirmatio Privilegiorum circa Thelonea. Anno 1277.

R*udolfus* Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. tenore preſencium notum fieri volumus univerſis ſacri Romani Imperii fidelibus tam preſentibus, quam futuris, quod fratres *metmenſis* Monaſterii ad noſtram curiam accedentes

quoddam ſcriptum a clare memorie *Liupoldo* quondam Duce Auſtrie ipſis clementer indultum uoſtro culmini preſentarunt, humiliter ſupplicantes, ut ſcriptum predictum renovare, et de noſtra confirmare clementia dignaremur, cuius ſcripti tenor talis eſt: In Nomine ſancte &c. Livpoldus &c. ut ſupra N. XIV.

Nos igitur ipſorum ſupplicationibus miſericorditer annuentes predictum ſcriptum ſcribi et innovari mandavimus, illud et omnia, que continentur, de ſuperhabundanti gratia confirmantes. quapropter univerſis preſentis ſcripti mandamus edicto, quatenus juxta predicti Ducis Donationem et confirmationem noſtram indultam eisdem fratribus gratiam inviolabiliter obſervetis, nec contra preſentis innovationis et confirmationis noſtre tenorem venire aliquatenus preſumatis. quod qui preſumpſerint, noſtre Majeſtatis offenſam ſe noverit incurſurum. Ad cuius Innovationis et confirmationis memoriam et Robur perpetuo valiturum preſens ſcriptum fieri, et Majeſtatis noſtre ſigillo juſſimus communiri. Huius rei teſtes ſunt venerabiles *B. Babenbergenſis, P. Patavienſis. H. Tridentinus et Wer. ſecovienſis Epiſcopi. Illuſtres L. Comes Palatinus Reni Dux Bavarie, Ai. Dux Saxonie. Spectabiles* viri *Eberhardus Comes de Chatzenellenbogen,* & *H. Comes de Pfannberch.* Nobiles viri *F. Burkgravius de Nvrenberch. F. de Bolandia de Bertolsdorf Camerarius Auſtrie, Ul. et Ch. fratres de Pilihdorf. Ht. de Stadekk* et alii quam plures. Datum *Viene* XV Kalendas Novembris. Indictione VI. anno Domini Mill. ducentes. Septuag. ſepto. Regni vero noſtri anno IV.

Sigillum eſt appenſum in medio chartæ filis ſericis viridis coloris N. 29. Tab. V.

Num.

Num. XXII. Confirmata Immunitas Theloneorum. Anno 1291.

Albertus Dei gratia Dux Auſtrie et Styrie, Dominus Carniole, Marchie et Portuſnaonis univerſis Chriſti fidelibus preſentes litteras conſpecturis ſalutem cum noticia ſubſcriptorum. Accedentes ad noſtram preſenciam viri religioſi fratres *metmenſis* Monaſterii quoddam nobis Privilegium obtulerunt humiliter ſupplicantes, quatenus id ipſum Privilegium ſibi et ſuo Monaſterio confirmare de ſpeciali gratia dignaremur. Cuius quidem Privilegii tenor de verbo ad verbum per omnia talis eſt. *Rudolfus Dei gratia &c.* ut ſupra N. XX. et N. XIV,

Nos itaque predictorum fratrum devotis precibus inclinati prenotatum Privilegium et omnia in ipſo contenta confirmamus, adprobamus et preſentis ſcripti Patrocinio innovamus. in cuius confirmacionis, adprobacionis et Innovationis noſtre teſtimonium preſentes litteras ſcribi, et ſigillo noſtro juſſimus communiri. Datum *Wiene* per manus Magiſtri *Godfridi* Prothonotarii dilecti. V. Kl. Octobris. anno Dni Milleſimo ducenteſſimo nonag. primo.

Sigillum eſt appenſum in medio chartæ filis lineis flavi et rubri coloris. N. 30. Tab. V.

Num. XXIII. Immunitas Thelonei patavienſis. Anno 1299.

Nos *Wernhardus* Dei gratia Eccleſie patavienſis Epiſcopus. Tenore confitemur preſencium, quod nos volentes facere dilecto in Chriſto fratri Domino *Ulrico* venerabili Abbati Ec-

cleſie

cleſie *metmenſis* ratisbonenſis Dieceſeos gratiam ſpecialem eidem ac Monaſterio ſuo indulſimus, ut omnia victualia ſua, que ab auſtria adducuntur eidem in Danubio, Patavie tranſire debeant libere ſine Muta illa, quam Mutarius noſter recipere conſuevit, quam libertatem et gratiam durare volumus non ulterius, quam ad tempora vite noſtre. proteſtatus eſt inſuper Dominus Abbas predictus, quod per huiusmodi gratiam ſibi factam non renuntiavit juribus, que Monaſterio ſuo ex antiquo competunt, vel competierunt, de quibus modo legitimo volumus informari. in cuius rei teſtimonium preſentes dedimus litteras, noſtro ſigillo munitas. Datum Patavie. anno M. ducent. nonag. nono. Nonas auguſti.

Num. XXIV. Eadem. An. 1309.

W*eruh.* Dei gratia Eccleſie Patavienſis Epiſcopus univerſis Mutariis, et Mutarum ſuarum Procuratoribus circa alveum Danubii conſtitutis gratiam ſuam. Cum nos victualia Monaſterii in *Metmen* ratiſponenſis Dieceſeos tam in deſcenſu, quam aſcenſu ſurſum et deorſum a preſtatione Mute decrevimus abſoluta manere, volumus et mandamus vobis, ut ab iiſis nullam Mutam petere vel recipere preſumatis. datum patavie anno M. CCC. IX. Xyxti Pape. (*)

(*) Eamdem Immunitatem renouauit *Albertus*, Patavienſis Epiſcopus anno M. CCC. viceſſimo primo IIII. Kal. auguſti.

Num.

Num. XXV. Judithæ Ducis Bavariæ Tuitio. An. 1310.

Wir Jeut von Gotes gnaden *pfallenzgräuinn ze Reyn vnd Hertzoginn ze Bairn* tan chunt mit diſem brief allen vnſern Amtlevten, Vitztum, Richtern Scherigen vnd allen vnſern edeln Levten, vnd den andern, ſwi ſi genant ſind, das wir von vnſers lieben Bruder Chunig *Ott* von vngern vvegen vnd geſchäft das Chloeſter ze *Metem* vnd alles das darzu gehoert Levt vnd Gvet in vnſern beſundern Schirm, vnd genad durch vnſers liben heren vnd *Wirtes Hertzog Steph*, dem Got Genad, ſälichait willen genommen habn, alſo, das wir welln, vnd gebieten, wi das ir dem vorgenantem Gotzhaus dchain Laid tuet weder mit pfantung noch mit dchainen andern vnzeitlichen Sachen. Wer aber das ieman in dew genad vberfüer, vnd nicht ſtät wolde habn, der ſchol wizzen, das der wider vnſer, vnd vnſer libn chinde huld vnd Genad getan hiet. vnd gebn darvber diſen offen Brief ze einem vrchunde. Der iſt gegebn ze Lanzhuet, M. CCC. decimo. an den ebern veihtag.

Das Inſigel iſt im ſchvvediſchen Krieg durch den Feind abgeriſſen vvorden. Anno 1633. (*)

Num. XXVI. Concordata cum ſtatibus Bavariæ. An. 1311.

Wir *Ott* von Gottes gnaden *Chvnich ze vngern*, vnd wir *Heinrich*, vnd *Ott Pfallentzgrafen ze Reyn Hertzogen* in

(*) Triſtem hanc notam præſenti folio inſcriptam legimus a manu quadam prioris Sæculi.

in Baiern, wir *Agnes chuniginn ze vngern*, vnd wir *Jutta Pfallentzgräſinn ze Reyn Hertzoginn in Baiern* veriehen offenbar in diſem Brief, das wir durch vodern unſer ſelber vnd vnſer nachomen heil vnd ſæld, vnd auch durch die fodrung, di wir ze dieſen Zeiten empfahen von Biſchoeſen, chorheren, chloſtern, vnd allen andern Pfaffen, Grafen, frein dinſtmann, Rittern, chnechten, vnd gemainlich gen allnn Läuten a allen den ſteten, di diſer Sach trager ſint, wir ſein vber ſi vogt, oder nicht, es ſein arm, oder Reich in vnſern Land, ſwi ſi genannt ſint, di uns ſo genannt fodrung ton, es ſein gaiſtlich, oder weltlich, Land vnd Lävten die gnad getan haben, das wir von allen den gerichten ſten, wir vnd auch vnſer Erben, vnd alle vnſer nachomenin di geben ewichlich, vnd irn Erben, vnd allen irn nachomen durch Frid gemach, vnd gnad landes, vnd Läuten an di drev gericht, di zo dem tod ziehent deuf todſchleg notnvnſt ſtrazraub, - - - - - - - - - - - - - - - -
Et cætera ſicut in concordatis ſæpius jam Recuſis. - - - - - - -

vnd iſt das geſchehen in vnſrer ſtat ze *Lantshut*, da von chriſtes gepuert warn drevzehen hundert Jar, hernach in dem ainleften Jar an ſand veites tag.

Appenſum eſt in medio Sigillum ducale ligula pergamenea. N. 32. Tab. VI.

Num. XXVII. Friderici auſtriaci Imperatoris Confirmatio Privilegiorum circa Thelonea. An. 1321.

Fridericus (*) Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Univerſis Sacri Romani Imperii fidelibus preſentes Literas in-

(*) Eſt iſte *Fridericus*, æmulus *Ludovici* Bavari.

inſpecturis gratiam ſuam et omne bonum. Venientes ad noſtre Majeſtatis preſentium honorabiles et religioſi Viri abbas ac fratres Metmenſis monaſterii quoddam nobis Privilegium obtulerunt noſtre Magnificentie ſupplicantes humiliter ac devote, quatenus dictum Privilegium cum omnibus articulis, et clauſulis in ipſo contentis ſibi et ſuo Monaſterio confirmare Benignitate regia dignaremur. Cujus quidem Privilegij tenor de verbo ad verbum talis eſt. *Albertus Dei gratia Dux Auſtrie &c. &c. Sequitur Privilegium Alberti de anno* 1291. *ſupra poſitum, N. XXI. inſertum habens Rudolfi Imp. et in eo Leopoldi Auſtriaci Diplomata.*

Nos igitur *Fridericus* predictorum Abbatis, et fratrum Monaſterii *Metmenſis* humilibus ac devotis ſupplicationibus favorabiliter inclinati prenotatum Privilegium cum omnibus clauſulis et Articulis ad inſtar clare Memorie Domnorum *Rudolfi* avi noſtri, et *Alberti* Genitoris noſtri confirmamus, innovamus, approbamus, et preſentis Scripti Patrocinio ratificamus. in cuius noſtre confirmacionis, innovacionis, approbacionis evidens teſtimonium regale noſtrum Sigillum preſentibus eſt appenſum. Datum *Patavie* V. Kalendas auguſti anno Dni milleſimo trecenteſimo viceſimo primo Regni vero noſtri anno ſeptimo.

Sigillum pendet e funiculo ſerico rubri coloris ſub N. 33. Tab. VI.

Num. XXVIII. Immunitas Boica Theloneorum. Anno 1337.

Wir *Heinrich* von Gots genaden Pfallentzgraf ze Reyn vnd Hertzog in Bajern veriehen offenbar an diſem Brief, vnd

tuen chvnt allen den, di in ſehent oder hörrent leſen, daz wir dem erſamen Abbt, vnd ſeinem gotshaus ze *Metan* dvrch ein ewiges hail mit verdactem muot vnd Willen di genad haben getan, daz wir wellen, ſwaz der Abtt zue ſeinem gottshaus ze *Metem* fuer von *Wein*, vnd *Getraid*, von Saltz, vnd gemainlich von aller choſt, der er zue ſeinem haus bedarf, vnd daz man im auf *land* vnd auf wazzer zue fuer, ſwi daz genant ſei, daz daz alles ze *vilshoven* auf land vnd auf wazzer enawe, vnd wider wazzer an aller Mavtt vnd voderung fuer ſol gen. vnd ze *tekkendorf* ſol es auch alles auf land, vnd auf wazzer enawe vnd wider wazzer an alle Mautt vnd voderung fuer gen. vnd ſol auch frei vnd ledigs gen ze *Tekkendorf* von dem Prukkzoll vnd von dem *vngelt* in der ſtatt ze *Tekkendorf* an allen Zole vnd voderung. vnd ſol der Abtt vnd daz Gotshaus di genad *evvichlichen* haben, alſo, daz man in alle ir choſt ze *vilshoven* vnd ze *Tekkendorf* an alle Mautt vnd voderung ſol fueren. ſwi oft inn des not geſchiht. vnd darvmb hat vns der Abtt vnd daz Gotshaus ze *Metem* gehaitzen, daz man vns, vnſern vodern, vnd vnſern nachomen ewichlichen alle wochen an dem Montag auf des hailigen chrauetzes alter mitten in dem muenſter ze *metem* ein ewiger Mezze ſol haben vnd ſprechen. vnd davon wellen wir vnd gebieten vnſern Mauttern ze *vilshoven*, vnd ze Tekkendorf vnd auch den Zollnern da ſelben, daz ir dem vorgenanten Abtt vnd dem Gotshaus ze *Metem* di genad ſtät habt, vnd ſwaz man in von choſt, der ſi in ir haus beduerffen zue fuer, daz ir in di an alle mautt voderung zoll vnd vngelt fuer lat gen. als lieb ev vnſer huld ſei. vnd darveber ze einem evvigen vrchunde geben vvir den Brief verſigelten mit vnſern Inſigel der iſt geben ze *Nidernaltach*, da vom

chri-

chriſtes gebuertt vvaren drevtzehen hundert Jar darnach in dem ſiben vnd dreizzigiſtem Jar an ſand Alexi tag.

E Medio pendet Secretum Ducis ſub N. 34. Tab. VI.

Num. XXIX. Confirmatio Immunitatis. Theolonis paſſav. Anno 1364.

Albertus Dei gratia Patavienſis Epiſcopus Venerabilibus, et Religioſis Abbati, et conventui Monaſterii *Metmenſis* ordinis Sti Benedicti Ratiſpon. Dioeceſeos Salutem, cum ſincera in Domino caritate. Recolende Memorie Venerabllium in chriſto *Wernhardi*, *Alberti*, et *Gotfridi* Predeceſſorum noſtrorum veſtigiis inherentes devotioni Veſtre ac Monaſterio Veſtro tenore preſentium indulgemus, ut omnia Victualia veſtra, que ab Auſtria vobis deducuntur in aquis Danubii *Patavie* tranſire debeant libere ſine Muta, quam Mutarius noſter recipere conſuevit. Quam etiam libertatem, et gratiam durare volumus non ulterius quam ad tempora vite noſtre. non intendentes per hane noſtram conceſſionem ſeu indulgenciam antiquis Juribus veſtri Monaſterii in aliquo derogare. in cuius Rei teſtimonium preſentes vobis damus literas ſigilli noſtri appenſione munitas. Datum Patavie Die beatorum Martyrum Proti et Jacincti Anno Dni milleſimo trecenteſimo ſexageſimo quarto.

Magiſter Paulus.

Num. XXX. Confirmatio concordatorum cum ſtatibus. Anno 1365.

Wir *Albrecht* von Gottes genaden *Pfallentzgrave bei Reyn vnd Hertzog in Beyern*, *grave ze Tyrol*, *vnd ze goertze*

 be

bekennen vnd tven hunt offenleich mit diſem Brief vm ſoelich lieb trevve vnd dienſt die vns iezo vnſer liebe getrevve Gemaindleich. -
- - - et cætera ſicut in concordatis ſæpius jam recuſis. - - -
mit vrkuende dies Briefs, der geben iſt ze *Strubing* nach Kriſti gebuerte drevzehn hundert Jar darnach in dem fvenf vnd ſechzigiſtem Jar am Mitvvochen nach ſand Marteyns tag

Sigillum ſub N. 43. Tab. VIII.

Num. XXXI. Confirmatio Immunitatum circa Thelonea An. 1366.

Albr. et *Leopoldus* fratres Dei gracia *Duces Auſtrie Styrie, Karinthie, et Carniole Domini Marchie Sclavonice, nec non Portuſnaonis, comites in Habſpurg tyroli ferretis, et in Kyburg, Marchiones Burgrovvie*, nec non *Landgrafii Alſacie*. Ad univerſorum Notitiam ducimus per preſentes, quod honorabilis et Religioſi viri *Metmenſis* Monaſterii ad noſtram venientes preſenciam quoddam nobis Privilegium ipſis per quondam Sereniſſimum Principem Dominum *Albertum Romanorum Regem diue memorie Auum noſtrum* cariſſimum eo tempore, quo duce extitit innovatum obtulerunt humiliter ſupplicantes. quatenus hoc ipſum Privilegium ſibi et eidem ſuo Monaſterio de noſtra ſpeciali gracia dignaremur eciam confirmare; cuius quidem Privilegii tenor dinoſcitur eſſe talis.

Albertus Dei gracia ut ſupra N. XXI.

Nos itaque predeceſſorum noſtrorum recolende memorie veſtigiis inherentes, qui Monaſterium ipſum auxerunt honoribus

bus et favoribus amplicarunt, Attendentes quoque ſincere devotionis et fidei puritatem, qua predicti Abbas et conventus ejusdem Monaſterii noſtri Principatus ſtatum iugitur amplectuntur, Predictum Privilegium in univerſis et ſingulis ſuis articulis in eo contentis de ſpecialibus fauore et gracia confirmamus, approbamus et preſentis ſcripti patrocinio innovamus. In cujus rei teſtimonium preſentes literas ſcribi fecimus, et noſtris ſigillis juſſimus communiri. Dat. *Wienne* quarto Kalen. Septembris Indiccione quarta. Anno Milleſimo trecenteſimo ſexageſimo ſexto.

*

Letoldus de Stadegg marſch mp. et H. de Stakenberch.

* Gemina Sigilla exhibentur N. 44. et N. 45. Tab. VIII. & IX.

Num. XXXII. Authentica Recognitio plurium Diplomatum, facta per Epiſcopum Ratisbonenſem. Anno 1407.

Johannes Dei et Apoſtolice Sedis Gracia *Epiſcopus Ratisbonenſis* preſenti tranſcripto publico notum facimus univerſis chriſti fidelibus, quod in noſtra et Protonotarii noſtri publici ac teſtium ſubſcriptorum preſentia conſtitutus venerabilis et Religioſus nobis in chriſto ſincere dilectus Dominus *Petrus Abbas* monaſterii ſancti Michaelis Archangeli in *Meten* ordinis ſancti Benedicti noſtre Ratisponenſis Diocesis tenens et habens in manibus ſua plura et diverſa dicti Monaſterii ſui privilegia ſibi et ſuo monaſterio a certis Imperatoribus, Regibus, Ducibus, et aliis Principibus gratioſe donata, et conceſſa, ac ſigillorum eorundem appreſſione nec non et impoſitione more

ſoli-

ſolito ſigillata, et roborata, quorum tenores de verbo ad verbum inferius per ordinem deſcribuntur, que quidem Privilegia ſeu litteras cum ſolerti petitionis inſtantia coram nobis exhibuit, preſentavit, et oſtendit &c. &c.

Sequitur deinde Privilegium *Henrici* ſecundi imperatoris de theloneo inter authographa legendum Num. XIII. poſtmodum litere Leopoldi in hæc verba:

Confirmatio Emptionis. An. 1181.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis *Luipoldus* Dei gracia *Dux Auſtrie* noverint omnes tam preſentes quam poſt future etatis chriſti fideles qualiter dilectus noſter *Eckibertus de tenckindorff* ſiluam quandam cum vinea adjacente in monte, qui dicitur *Mulberck*, quam de manu noſtra in beneficio habuit, Eccleſie beati Michaelis in *Metimem* per manum noſtram in perpetuam proprietatem tradidit, et delegavit. Sane cum jam dicta Eccleſia non modicam pateretur lignorum Penuriam venerabilis eiusdem loci Abbas *Gerbertus* ſylvam, quam, ut diximus, prememoratus fidelis noſter a nobis in beneficio habuit, *XXXIIII. talentis Ratisbonen.* perpetuis uſibus ac neceſſitatibus ibidem militantium permanſuram comparuit, hac videlicet conditione, ut ſi quisquam Succeſſorum prefati fidelis noſtri illud ſue liberalitatis, et Delegationis factum conetur infringere, vel aliquo ingenio poſtmodum preſumat infirmare *LX. talentorum Ratisponenſis monete* predicto Monaſterio Debitor exiſtat. quod ſiquidem, quia noſtra atteſtacione factum, et multis preſentibus in manu noſtra poſitum eſt, ut ratum et inconvulſum omni evo permaneat, hanc paginam inde conſcriptam ſigilli

noſtri

noſtri impreſſione munimus, et teſtium adhibicione corroboramus, qui ſunt hii de ordine liberorum *comes conradus de Pilſten, comes Luipoldus de Pleigen, otto de lenginbach, ulricus de aſparn, graſto de amziniſbach* : de ordine vero miniſtralium *Hademar de chueuringe, Wiehardus de Seuelt, otto de geobaltpurch, theodoricus de Mozingen, Rudolfus de fremiliniſperge, Rupertus de Perneke, Heinricus de Techindorf.* et alii quam plures. acta ſunt hec anno Dominice incarnacionis M. C. LXXXI. regnante Domino noſtro glorioſo Romanorum Imperatore Friderico. Datum Wienne. X. Kalendas Novembris.

Privilegium Praxandi. An. 1321.

Wir *Hainreich Ott*, vnd *Heinreich* von Gotes gnaden *Pfallenzgraven ze Reyn vnd Hertzogen in Bayern* veriechen offenbar an dem Brief, daz wir nach vnſers Rates rat, vnd wizzen durch hail vnd Saeld vnſer vnd vnſer vorvodern wegen, vnd aller vnſer nachchommen dem Erſamen Abpt *Albrechten* vnd dem convent dez gotshaus ze *metten* erlawbt haben ze ſchenchen, ſvvas in auf ir aigen wirt, daz dez gotshaus aigen, vnd vrbar iſt, alſo, daz ſi daz ſelb wol ſchenchen muegen ewichleichen, vnd ſchuellen des gen vns allen vnſern Amptloewten ewichleich vnengolten peleiben. Wär auch, daz wir daz prewen ueberal vnſer loewt verpeuten, ſo muegen ſi wol prewen, beſchadenleich daz ir vnd ires Gotshaus vrbar vnd aigen wirt, nach zwaier vnſer Rates rat wiſſen, di in ez erlawben ſuellen mit vnſer wizzen vnd haizzen, vnd dez ze vrchunde geben wir den Brief verſigelten mit unſern Inſigel, der Brief iſt geben ze ſtrawbing, do man zalt von chriſt gepurt

drewzehen hundert Jar, vnd darnach in dem zwai vnd zwantzigiſtem Jar an dem Liechtmezz tag.

In cuius rei teſtimonium non pleniorem Fidem preſens tranſcriptum per noſtrum prothonotarium atque ſcribam *Johannem nuſſer* notarium Apoſtolicum infra ſcriptum in publicam formam redigi, noſtrique ſigilli maioris fecimus appenſione muniri. datum et actum Rates. ſub anno Domini millimo quadringenmo ſeptimo indictione XV. Pontat. ſciſſimi in Xto Pris et Dommi nri Dni *Gregorii* diuina prouidentia Pape *XII.* anno primo die vero nona menſis octobris hora primorum vel quaſi in ſtuba nova, et Superiori curie habitationis noſtre preſentibus honorabilibus et Diſcretis viris *Alberto Stauffer Scholaſtico*, *Franciſco Tanhauſer* Kathedralis, et *Hartmano ortolſi* vicario noſtro in ſpiritualibus Generali ac ſancti Johannis *ratisp.* Eccleſiarum canonicis tanquam teſtibus dignis ad premiſſa vocatis ſpecialiter et rogatis.

Signum notarii

Et ego *Johannes dictus nuſſer* cleribus Ratispone publicus ſacris apoſtolicj et Romani Imperii auctoritatibus notarius atque ſcriba, et Protonotarius juratus reverendi Domini Domini Johannis &c.

Sigillum ſub N. 46. Tab. IX.

Num. XXXIII. Alia Recognitio Privilegiorum. An. 1412.

Albertus Dei et Apoſtolice ſedis gracia Epiſcopus *Ratiſponenſis* ad perpetuam rei memoriam. Vt eorum probacio ſalua remaneat, proinde inductum eſt, privilegiorum et inſtrumentorum vetuſtati Exemplacionis et innovationis obviari remedio et ſuccurri. Sane venerabilis et Religioſus nobis in chriſto ſincere dilectus Dominus *Petrus Abbas* Nonaſterii ſancti Michaelis Archangelli in *Metem* ordinis ſancti Benedicti Ratiſponenſis Dioceſis plura privilegia infra ſcripti tenoris ſibi et ſuo Monaſterio predicto a certis Illuſtribus principibus et Ducibus, quorum memoria eſt in pace, gratioſe donata, et conceſſa coram nobis in notarii noſtri publici et teſtium infra ſcriptorum preſentia exhibuit, et produxit &c.

Sequuntur Privilegia I. Henrici Duc. Bav. ut ſupra N. XVII.

Confirmatio Mercatus. An. 1290.

Nos *Otto* Dei gracia *palatinus comes Reni Dux Bavvarie* preſentibus publice profitemur, quod inſpecto tenore privilegiorum *Metmenſis* Monaſterii, que per noſtros ſapientes diligenter examinari fecimus, nobis conſtitit euidenter, obuenciones thelonei, que per tres dies Penthecoſtes conſweuerunt annis ſingulis prouenire, ad Jus et proprietates Abbatis, et conventus eiusdem loci irrefragabiliter pertinere. vnde cum nos unacum fratribus noſtris *Ludvvico*, et *Stephano* libertates Eccleſiaſticas et favores non intendimus noſtris diebus minui, ſed augeri, volumus, et mandamus, ut absque omni impedi-

 mento

mento noſtrorum officialium et Judicum quorumcunque in premiſſo theloneo recipiendo gaudere debeant, pleno jure, ita, quod nullus ex noſtris ſervitoribus eos in premiſſis ſub obtentu noſtre gracie audeat perturbare. . In cuius rei teſtimonium de predictorum fratrum noſtrorum beneplacito absque voto preſentes litteras ſibi dedimus noſtri ſigilli roborare communitas. Datum apud *Straubingam* in Dominica letare. M. CCmo. LXXXXmo.

Confirmatio emptionis. An. 1297.

Nos *Otto* Dei gracia *comes palatinus Reni Dux Bavvarie* tenore preſencium profitemur, quod cum *Fridericus de Waltinger* ſuam in *Ror* prope caſtrum noſtrum in *Naternberkch* venerabilis Abbati et conventui in *Metem* recepto proinde certo precio vendiderit, et per manum noſtram, qui ejusdem curie ſumus et fuimus *mandatores* ſive *legatores*, id eſt *Salman*, ipſis tradiderit, nos eandem curiam in *Ror* cum aliis bonis ab Abbte et conventu predictis ad infirmariam ſui cenobii deputatis, que tamen ſub nullo jure aduocaticio cadunt, prout nobis aſſeruerunt firmiter et conſtanter ad noſtram de ſpeciali liberalitate graciam recipimus preſentibus et tutelam. In predictorum memoriam atque robur de conſenſu ckariſſimi fratris noſtri *Stephani* litteras ſibi dantes noſtri ſigilli robore communitas. Datum apud *patauiam*. Mo. CCmo. LXXXXmo ſeptimo Agathe Virginis.

Donatio Predii An. 1156.

Noticie omnium tam preſentium quam futurorum commendamus, qualiter ego *Heinricus* Dux Auſtrie et *L.* uxor mea om-

omnipotentis Dei clemencia inducti pro ſalute ac remedio animarum noſtrarum univerſum hoc predium, quod poſſedit *Adilbero de hoehenren* noſter proprietate ſeruus Monaſterii vero *Metmetenſis* mancipium Deo et ſanctis ejus ad uſum fratrum in predicto loco Deo ſeruientium in perpetuam Poſſeſſionem cum omni noſtri Juris plenitudine liberrime tradidimus, et hoc factum ea auctoritate, qua debuimus, confirmauimus. huius noſtre confirmacionis veritatem et noſtri ſigilli certitudine et teſtium aſtipulacione corroborauimus: predictum vero predium quibus in locis ſitum ſit, diſtinctimus, videlicet hoc in *Hoehenren*, et hoc in *puebilvvis*, et duo molendina *in hiſira*. ſunt autem hujus Rei teſtes inſcripti miniſteriales *Adilbero de choenring*, *Weinhart de Räbinſtain*, *Perchtoldus de hiovanſtal*. (*)

Not igitur *Albertus* Epiſcopus ſupradictus pedicionibus ſupradicti Domini Abbatis tanqnam iuſtis et racionabilibus favorabiliter inclinati dicta Priuilegia: originalia: etc. datum et actum *Ratiſpo.* anno a natiuitate Domini millimo quadringenmo duodecimo Indicione quinta Pont. ſanctiſſimi in chriſto Patris et Domini noſtri Domini *Johannis* divina providencia Pape vicesimi Tercii anno tercio, die uero prima menſis Julii hora primarnm vel quaſi terciarum in ſtuba poſteriori curie noſtre epiſcopalis, ibidem preſentibus venerabili viro Domino *Wernhero auſliger plebano in dingolſing* vicario noſtro in ſpiritualibus generali, ac honorabili viro Domino *Johanne Nuſſer* veteris capelle, et ſancti Joannis eccleſiarum Ratisp. canonico, nec non ſtrenuo viro *Fridrico tollinger* armigero Ratisp. Dio-

 ceſ.

(*) Codex traditionum in margine adjunctum habet annum MCLVI.

ceſ. ac *conrado ſalrer* camerario, et ſamiliari noſtro teſtibus ad premiſſa vocatis pariter et rogatis.

Signum Notarii Et ego *conradus Lindlon* de ſtraubinga clericus ratiſp. dioc. publicus Imperiali auctoritate notarius atque ſcriba in cauſa preſenti Reverendi in chriſto Patris, et Domini Domini Alberti Epiſcopi Ratisp. predicti &c. &c.

Sigillum ſub N. 47. Tab. IX.

Num. XXXIV. Confirmatio Privilegiorum. An. 1431.

Wir *Heinrich* von gots genaden *Pfallentzgrave bey Rein vnd Hertzoge in Bayern &c. &c.* bekennen offentlich mit dem Brief für uns all vnſer erben, vnd nachhommen, wie wol von goetlicher ſchickung darzu genaiget ſein aller, vnd yeglicher vnſerer vntertanen vnd getrewen nutz vnd frumen fur zu wenden, doch ſein mir mehr willig den hilffe vnd fuederung zu beweiſen, die dem allmechtigen Gote in ordenlichen vnd geiſtlichen leben mit andacht fleiſſigclichen dienen. hierumb wir bedacht vnd angeſehen haben ſoliche demutige bete des Erſamen, vnd der andechtigen in gote des Abbts vnd convents des gotzhauſes zu *Metem*, vnd auch ir ordenliches leben, dorinne ſy vnſern Scheppffer fur vns bitten, vnd vnſern nutz vnd ſaeligkait an leib vnd on ſele wol erwerben moegen, vnd haben darumb mit wolbedachtem muett zeitigem Rate vnd Rechter Wiſſen demſelben Abbtt convent vnd Gotshaus zu *Metem* vnd allen Irn nachkommen gnaedigclich beſtoett vnd vernewet alle

alle vnd igliche Ire gnade, Freyheit, gut allt loeblich gewonheit Brief vnd privilegia wie die von wortt zu wortte lautten in allen iren punckten vnd artickeln, vnd von wem ſy di herwracht vnd redlich erworben haben: Es ſey vmb vrbar Erib aigen lehen gelt guellt gueter pfantſchaft, ſy ſein aigen, oder lehen vmb freyung zoll vnd Mautt auf waſſer vnd auf lande vmb vogttey, vogtrecht, vogtguellt, vmb ire fiſchwaſſer, heltz, wiltpaen, geiayde, gericht, hofmaerch wayd wiſmad waſſer, waſſerlauff ſtewr gaſtung, kaueſſe, was in dan von rechtswegen zugehoeret, wo das alles gelegen iſt, vnd beſtoetten vernewen vnd confirmieren In die auch alle wiſſentlichen In kraft diſs Brieffs: vnd darauf gebieten wir allen vnſern Vitztumb, haubtloewten, pflegern, Richtern, vnd ſunderlich vnſern Zollnern Mauttnern, auch allen vnſern ambtlæwten vntertanen, vnd getrewen gegenwuertigen vnd kunftigen ernſtlich, vnd veſtiglich mit dem Brieff bey vnſern hulden vnd gnaden, daz ir den obgenanten Abbt convent vnd gotshaws zu *Metem* vnd ir nachkomen Ir obgemelten gnad vnd Freyhait Briefe priuilegia, vnd vnſere beſtoetung gerulich vnd vngehindert vn genyeſſen, vnd ſy daran hinfir auch vngeirret laſſet, vnd darwider nicht tut, noch andern dawider zu tun nicht geſtattet in dheinweis. alles treulich, ſchlechtigclich vnd an alles geuerde mit vrkundt des Briefs beſiglt mit vnſern anhangenden Inſigl, der geben iſt zu *Landshut* am Montag vor ſant veits tag, alls man zallt von chriſti gepurtt viertzehen hundert vnd in dem ain vnd dreſſigiſtem Jare.

Ad Mandatum Dni Ducis
Georgius Stal.

Sigillum ſub N. 48. Tab. IX.

Num.

Num. XXXV. Indultum concilii Baſilenſis de uſu Pontificalium. An. 1439.

Sacroſancta generalis Synodus Baſilienſis in ſpiritu ſancto legitime congregata uniuerſalem Eccleſiam repreſentans dilectis Eccleſie filiis Andree Abbati et conventui Monaſterii in Metten ordinis ſancti Benedicti Ratisponenſis Dioceſis ſalutem et omnipotentis Dei Benedictionem. Expoſcit veſtre Devotionis ſinceritas, et Religionis, in qua mundanis abdicatis illecebris Domino in humilitatis ſpiritu et ſub regularis obſervantie ſanctimonia deuotum et ſedulum famulatum impenditis, promeretur honeſtas, ut tam uos, quos ſpecialibus affectibus amplectimur, quam monaſterium veſtrum, quod per diue memorie Karolum francorum Regem chriſtianiſſimum pro multarum perſonarum ſuſtentatione honorifice, et opulenter dotatum, et fundatum ac alias in ſpiritualibus et temporalibus rebus notabile, et in partibus illis plurimum perinſigne exiſtit, condignis honoribus attolamus. Hinc eſt, quod nos dilecti eccleſie filii nobilis viri Alberti Bauarie Ducis Illuſtris, ſub cujus ditione temporali dictum veſtrum Monaſterium conſiſtit, ac veſtris in hac parte ſupplicationibus, inclinati, vt tu in preſentiarum, et ſucceſſores tui, qui erunt pro tempore dicti monaſterii Abbates infra ſepta eiusdem duntaxat mitra annulo, et Baculo paſtoralibus, ac aliis Pontificalibus inſigniis quibuslibet libere uti, nec non Benedictionem ſolemnem poſt Miſſarum et Matutinarum ſolemnia, dummodo in Benedictionibus huiusmodi aliquis catholicus Antiſtes uel apoſtolice ſedis legatus preſens non fuerit, elargiri libere poſſitis et valeatis, felicis Recordationis Alexandri Pape IIII. que incipit Abbates at aliis conſtitutionibus nec non ſtatutis et conſuetudinibus Monaſterii

et

et ordinis predictorum, juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia uallatis ceteriſque contrariis nequaquam obſtantibus, vobis et eisdem ſucceſſoribus auctoritate univerſalis eccleſie de ſpeciali gratia tenore preſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere, uel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei et univerſalis eccleſie ſe nouerit incurſurum. dat. Baſilee Non. Junii Anno. a Nativitate Domini Milleſimo quadrigenteſimo tricenteſimo nono.

Jo. Melbach.

Num. XXXV. Copia vidimata concordatorum. Anno 1440.

Wir *Johanns* von Gotes genaden Abbt des gotzshauſs zu *oberaltach* vvekennen offenlich mit dem Brief aller moenigklich, das uns der ervverdig gaiſtlich herr herr *Andre* Abbt des Gotzhaus zu *Meten* fleiſſigklich pepeten hat, das vvir Im vnd ſeinem gotzhauſs ein vidimus gaben des freybriefs den vnſer genadiger herr Hertzog *Albrecht* Biſchouen prälaten vnd aller ander Pfaſhait in nidern Bayrn gegeben vnd verſchriben hat, den ſelben Brief vvir auch in vnſern gotzhauſs haben vnvermayligten an ſigeln ſnueren, vnden allen enden gantzen vnd gerechten, vnd levvt von vvort zu vvort nichtz davon noch dazu geſetzt alſo.

Von gotes genaden vvir *Albrecht pfallentzgrave bei Rein hertzoge in Bairn, vnd grave zu Voburg* &c.&c. behennen fur vns vnd vnſern lieben Vettern Hertzog *Adolphenes* des

vormund vnd pfleger vvir ſein, der noch bei ſeinen beſcheiden laren nichten iſt, vnd darzu fuer all vnſer Erben vnd nachkomen offenlich mit dem Brieue, vvann all proelaten grauen freyen dinſtmann Ritter,, knecht Edel vnd nicht Edel ſtet vnd märkht, vnd gemainkleich all lävvt Reich vnd arm in nidern Bairn nach abgang des hochgebornen furſten vnſers lieben herrn vnd Vatter Hertzog Ernſten ſaligs gedoechnueſs Ir trevv vnd vns fuer Ir recht Erbherrn erhannt, vnd huldigung getan haben, dieſelben gerechtigkait lieb vnd trevv haben vvir angeſehen, vnd haben auch die handveſt vrkund vnd Brief mit guetter gevviſſen alles vnſeres Rates kuntlich verhoret, die vnſer lieb vorfodern, vnd Vettern Konig *Ott*, Hertzog *Stephan* ſein Brueder vnd *Hainreich Ott* vnd *Hainreich Hertzogen in Baiern* vnd vnſer lieber here *Kayſer Ludvvig* vnd *Marggraf Ludvvig von Brandenburg Stephan* vnd *Ludvvig* dii Roemer vnd vnſer lieb vettern Hertzog *Albrecht* der Elter, Hertzog *Albrecht* der Juenger vnd Hertzog *Johannis von Holland* vnd darzu vnſer lieber here Vatter, vnd Vetter Hertzog *Ernſt*, vnd Hertzog *Willhalm* aller ſueligen gedächtnueſs gegeben vnd vveſtät haben Biſchouen Prelaten vnd ander Pfaffhait gaiſtlicher vnd vverltlicher, darzu grauen freien dienſtmannen Rittern, Knechten, ſteten Markten Burgern, armen, vnd Reichen vnd gemainklich allem land gegeben vnd verſchriben haben, es ſei vmb aigen, lehen, gelt, gult, oder Pfantſchafft, vnd vmb den Kauff der gericht, vnd ander Ire Eeren, Rechten freyhaiten vnd guten gevvonhaiten: vnd dieſelben brief Hanveſten vnd vrkund all, die ſi gemainklich oder yedermann beſunder von unſern vorgenanten vorvodern Vattern, vnd vettern ſaligen haben, die kreftigen beſtätten, vnd vernevven vvir In mit dieſen brief, mit allen den punckten artikeln Eeren vnd Rechten,

ten,

ten, die daran begriffen, vnd verſcriben ſind nichtz darinne ausgenomen, alſo, das In vnd allen Iren Erben vnd nachkomen, evvigklich ſtät gantz vnd vnzerbrochen ſullen ſein vnd beleiben. vnd das auch vvir, all vnſer Amtlevvt, Vitztumb Richter Schergen darzu halten vvellen, das ſi in all ir brief vnd handveſten in allen Puenckten vnd artickeln, ſo ſi innhalten, ſtät bleiben, vnd ſol In vnſchedlich ſein an dem brief on allen iren Briefen, die ſi von vnſern vorvodern Vatter Vettern, vnd nue von vns haben. vnd das Inn allen Iren Erben vnd nachkomen die vorgenanten Brief all vnd yglicher beſuender vnd beſtättigung mit allen artickeln vnd puenkten von vns vnd vnſern Erben, vnd von allen vnſern nachkomen Evvigklich ſtat gantz, vnd vnzerbrochen beleib an geuärd vnd an all argkliſt. vnd darueber zu urkund geben vvir In den brief beſigelten mit unſerem anhangendem Inſigel fuer vns, vnſern obgenannten lieben vettern Hertzog Adolphen vnd fuer all vnſer Erben vnd nachkomen. Geſchehen zu ſtraubing an vnſer lieben Fravvntag, als ſi gen hymel fuere, als man von chriſti vnſers lieben herren gepurd zelet viertzehen hundert, vnd in dem acht vnd dreiſſigiſtem Jare.

Zu Vrknud der Worhait haben vvir obgenamte Abbt Johannes zu oberaltach vnſer Inſigel an dieſen brief gehangen durch vleiſſiger petvvillen, als ob geſchriben iſt. geſchehen nach chriſti gepurd viertzehenhundert Jar des Erchtags nach dem ſuntag als man ſinget in der heiligen Vaſten Reminiſcere.

Num. XXXVII. Privilegium circa Theloneum. An. 1449.

Wir *Johannes graue zu Schavvnberg obriſter Marſchall in ſteir*, &c. bekennen fuer vns vnd all vnſer Erben vnd nachkomen offenlich mit dem Brief, das fuer vns kome der Erſam geiſtlicher in Gote andächtiger *Her Peter Abbt zvv Meten* vnd zaigt vns ain verſchreibung die vveilendt der vvolgeborn Herr graff Vlrich dem Gotzhaus Meten auf ainem Purckrecht zvv Aſchach gegeben hett, nemlich ſiben ſchilling viertzehen Pfening, *vnd* vvan ſein vorvodern noch daz convennt ſoelich verſchreibung nie gepraucht noch gezaigt haben, vnd vns dadurch ledigclichen geuallen vvoere, yedoch ſo bat er vns mit demuetigem vleiſſe, das vvir im vnd allen ſeinen nachkomen *die ſunnder* gnad täten, vnd bevveiſten, vnd in fuer vnſer Mautt ze *Aſchach Zvvelif dreiling vvein* Mautt frey fuer fueren laſſen ſollden, nu ſuellen vnd vvellen vvir gotsgab vnd guete vverch, die vnſer vorvodern vntz an vns geben, vnd gehandelt haben, nicht abnemen, ſunnderlich beſſeren, vnd haben angeſehen, das ſich der vorgenannt Abbt vnd ſein convennt andächtigcklichen ertzaigt haben vnd haben dem bemelltem gotshaus *meten* die freyung getan durch got vnd beſunnder gnad alſo, das vvir In vnd allen ſeinen nachkomen *Aebbt ze Meten* evviklich gantze freyung vnd fuer fart an alle Mautt vnd vordrung ze *Aſchach auf zvvelif dreiling vvein* gegeben haben, vvan ſi die Summ auiſten im Jar ye zvv zeiten aintzing oder ſamentlich fueren, doch in ſoelicher beſchaidenheit, das der obgenant Abbt das Convent vnd all ſein nachkomen alle Jar järlichen *graff Vlrichen* vergangen vnſern vorvodern, vns gegenvvuertigen vnd kuenftigen graven *von Schavvnberg* ſelec hugnueſ ainen Jartag järlichen an

ſannd

ſannd vrbanns tag acht tag vor, oder darnach vngeuerlichen begeen ſuellen: vnd ob das auf denſelben tag nicht geſein moecht, des nachtes mit ainer Vigilii, des morgens mit ainem ſelambt auch mit vier prinunden Kertzen nach irs gotshaus gevvonhait, vnd darunder mit zvvain geſprochen meſſen, das ſevv noch ir nachkoemen des gotshaus meten des nichts hindern noch iren ſol angeuer. vvurd vns aber der vorgenannt Jartag verzogen vnd in obgeſchribner maſs nicht begangen, das vviſſentlich vväre, vnd vvas ſy darinne verſavvmbten, vnd nicht vviderprächten, ſo haben ſich, vvelches Jars das iſt, die freyhait, vnd gnad zvv vns vnd vnſern Erben handen an alle genad verualIen. Sy ſuellen vns auch den brief, ſo ſy von graff Ulrichen haben, mit der verſchreibung, ſo ſy vviderumb gein vns thuen vebergeben, vnd vns veberantvvorten vngeverlich. vnd des ze vrkundt geben vvir in den Brief fuer vns vnd all vnſer erben vnd nachkoemen mit vnſerm anhangenden Inſigel. geben ze *Schavvnberg* an freytag vor ſand Michels tag nach chriſti geburt vierzehenhundert Jar vnd in dem nevvn vnd viertzigiſtem Jaren.

Num. XXXVIII. Confirmatio Privilegiorum. Anno 1459.

Wir *Albrecht* von gotes gnaden *Ertzhertzog ze oeſterreich ze ſteir ze Kernden vnd ze Krain*, *Herr auf der vvindiſchen march vnd ze Portenavv*, *grave ze Habſpurg zvv Tyrol zvv pfirt vnd zu Kyburg*, *marggraf zvv Burgavv vnd landgraf in Elſas &c.* bekennen, das der Erſam geiſtlich &c. der Abbt des gotshaus ze *Meten* vns hat fuerbracht vveilend vnſerr vornoden fuerſten ze oeſterreich loeblicher gedechtnus gnaden brief freyhait, vnd beſtettung In dem ſy vnder andern begna-

det ſeinn, all ir gut an vnſern Mautſteten allen Mauttfrey ze fuern, alsdann das in vveilend Hertzog *levvpolds* Brief zvv *plädling* an dem ſiben undtzvvaintzigiſten tag des Monads auguſti nach criſti geburde in dem zvvelfhunderiſtem Jare geben aigentlicher begriffen ſtet demuetigklichen buetende, daz vvir in ſolch ir gnad gab, vnd freyhait zu beſtetten gnedigklich geruchten: vnd ſo nvv aus fuerſtlicher miltigkait vns von got dem allmechtigen verlihen ſtetigs genaygt ſein zvv gemaynen nutz yedoch keren vvir am mayſten vnſer gemuete zu fuerdrung dem geiſtlichen ſtande, da der gotlich dinſt in lobſamer Andacht on Underloſs begangen vvirdet. In ſoelhem vvir den obgenannten Abbt vnd ſein gotshayvs guetlichen bedenkchen vnd haben, dadurch demſelben Abbt ſeinem convent vnd Iren nachkoemen die obgemelten vnd alle ander ir fuer*ſtlich* gnad gab vnd freyhait vnd brief, vvie ſy die von allen Zeiten von den fuerſten von oeſterreich ervvarben vnd herbracht haben, gnedigklichen beſtett vnd beſtetten vviſſentlich mit dem brief, vvas vvir In dann zvv recht von gnaden daran beſtetten ſuellen oder muegen vnd vvellen ernſtlich, daz ſy nvv hinfuer zvv allen zeiten dabei veſtigklichen bleiben, vnd der alſo, vvwigklichen genyeſſen vnd gebrauchen ſuellen on Irrung vnd Intratt menigklichs. Darauf gepieten vvir den Edlen vnd vnſern lieben getrevven allen vnſern Haubtlevvten Granen Herren, Rittern, vnd Knechten, Huebmaiſtern, Burgermaiſtern, Richtern Roeten, Mauttnern Zollnern ambtlevvten. vud allen andern vnſern vndertanen vnd getrevven mit ernſt, daz ſy die obgenanten Abbt conuent vnd ir nachkommen bei ſolchen Iren freyhaiten gnaden Rechten herkomen vnd diſer vnſer beſtettung gentzlich bleiben laſſen vnd nicht geſtatten ymand davvider ze tun in dhain vveis. daz maynen vvir mit Vrkund des Briefs

mit

mit vnſerm groſſen fuerſtlichen anhangundem Inſigel. geben ze *lynntz* an ſand Ellbeten tag nach criſti geburde vierzehenhundert vnd in dem nevvn vnd fuenftzigſten Jaren.

Sigillum in medio chartæ filis ſericis tricoloribus appenſum integrumque eſt. N. 49. Tab. X.

Num. XXXIX. Indultum Pii II. de uſu Pontificalium. An. 1463.

Pius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei filiis *Johanni* Abbati et conventui Monaſterii in *Metten* ordinis ſancti Benedicti Ratisponenſis Dioceſis ſalutem et Apoſtolicam Benedictionem. Exigit veſtre devotionis ſinceritas, et Religionis promeretur honeſtas, et tam nos, quos ſpeciali devotione proſequimur, quam Monaſterium veſtrum dignis honoribus attolamus. Cum itaque, ſicut exhibita nobis nuper pro parte ueſtra petitio continebat, inter cetera Monaſteria ordinis ſancti Benedicti Ratisponenſis Dioceſis idem monaſterium veſtrum inſigne admodum et notabile reputetur, et per clare memorie carolum francorum Regem pro multarum perſonarum decenti ſuſtentatione dotatum fuerit, in eo quoque vigeat obſervancia regularis, et illius Abbas exiſtens pro tempore in magna reuerentia habeatur, et ex ſpeciali Priuilegio congregatorum Baſilee ſub nomine generalis concilii infra ſepta eiusdem monaſterii veſtri Mitra anulo et baculo paſtorali ac aliis Pontificalibus inſigniis uti nec non benedictionem ſolennem elargiri conſueuerit, Nos uos et ipſum Monaſterium ueſtrum majori ſpecialis honoris prerogativa attollere uolentes ue-

ueſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut tu Abbas et Succeſſores tui Abbates dicti Monaſterii, qui pro tempore fuerint, etiam extra ſepta ejusdem Monaſterii Mitra anulo, et aliis Pontificalibus inſigniis uti, nec non benedictionem ſolennem Miſſarum veſperarum et Matutinarum ſolemnia, dummodo in benedictione hujusmodi aliquis Antiſtes uel ſedis apoſtolice legatus preſens non fuerit, elargiri, ac calices et alia ornamenta eccleſiaſtica pro predicto Monaſterio ueſtro et Eccleſiis illi annexis conſecrare libere et licite poſſitis, felicis recordationis Alexandri Pape IIII. predeceſſoris noſtri, que incipit: Abbates, et aliis quibuscunque conſtitutionibus apoſtolicis ac ſtatutis et conſuetudinibus Monaſterii ueſtri et ordinis predictorum, juramento, confirmatione apoſtolica uel quacunque firmitate alia in contrarium editis, nequaquam *obſtantibus*, uobis, et eisdem ſucceſſoribus, cum ad id, ut aſſeritis dilecti filii Ruperti Adminiſtratoris eccleſie Ratisponenſis in ſpiritualibus et temporalibus per ſedem apoſtolicam deputati expreſſus accedat aſſenſus, auctoritate apoſtolica de uberioris don gratie tenore preſentium indulgemus. nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere, uel ei auſu temerario contraire. ſiquis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Rome* apud ſanctum Petrum anno Incarnat. dom. Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo tertio. Sexto Idus octobris. Pontificatus noſtri anno ſexto.

Jo. de Cremonenſibus.

Num.

Num. XL. Vidimata Confirmatio concordatorum cum ſtatibus Bav. infer. An. 1464.

